



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...

Brauer, Hermann Brauer, Hermann

Bremen, 1720

urn:nbn:de:gbv:46:1-6347

BIBLIOTHECA

Historico - Philologico-

THEOLOGICA.

Classis Tertia

FASCICULUS TERTIUS.



BREMÆ,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII

Typis HERMANNI BRAUERI, MD CC XX.

V I R O

excellentissimo atque amplissimo

**JOHANNI
BURCHARDO
MENCKENIO,**

Serenissimi Regis Polo-
niae, & Electoris Saxoniae a con-
siliis, & conscribenda historia; in
perincluta Academia Lipsiensi Hi-
storiarum Professori, majoris
Principum Collegii Colle-
giato,

**REGIAE SOCIETATIS SCIEN-
TIARUM** Anglicanae membro
dignissimo,

celeberrimoque,

**DE OMNI RE LITERARUM
PUBLICA MAJOREM IN MO-
DUM MERITO,**

Quintum

hunc supra *decimum*

**BIBLIOTHECAE
HUJUS FASCICU-
LUM,**

Pietatis suae atque obser-
vantiae praedem atque ob-
fidem,

FACIUNT SACRUM,

Totiusque hujus instituti, ecclesiae
Christianae, meliorumque lite-
rarum

bono consecrati, ornamentum
**DE MELIORI NOTA COMMEN-
DANT**

HONORI, MERITIS, VIRTUTIQUE EJUS

devotissimi

EDITORES.

Continentur hoc Fasciculo

- I. WILHELMI, Archiepiscopi *Cantuariensis* ad Theologos *Helvetiae* epistola, una cum Tigurinorum, Basileensium & Genevensium responsionibus, p. 393.
- II. C. A. HEUMANNI de columba, quae ex S. Polycarpi rogo evolasse narratur, diatribe p. 429.
- III. G. OUTHOVII de *Rahab*, & *Rachab* dissertatio, qua probatur eas diversas mulieres fuisse, pag. 438.
- IV. Jacobi STAALKOPFII Vindiciae oraculi Paulini ad locum Act. XVII. 28. p. 470.
- V. Relatio de celebrata memoria *Tiguri* atque alibi in *Helvetia* reformationis religionis, ante duo saecula institutae p. 492.
- VI. P. v. S. de septem Diaconis Act. VI: 7. Observatio p. 519.
- VII. Henr. MUHLII de etymo vocis *Kirche* Commentatio. L. R. p. 525.
- VIII. Theodori de HASE de formali \aleph & \aleph significatione observatio p. 537.
- IX. Joh. Jacobi BREITINGERI Epistola de actis Synodi Dordracenae ad Ministros Tigurinos a. 1618. missa p. 574.



I.

WILHELMI, divina pro-
videntia Archiepiscopi
CANTUARIENSIS

Epistola ad Theologos *Helvetiae,*

Cum eorum, & sigillatim GENE-
VENSIVM & BASILIENSIVM
ad eam responsionibus.

A.

Reverendi Viri,

Fratres in Christo Colendissimi:

QUAMVIS litteris vestris nihil mihi
gratius potuit afferri, non tamen
absque summo dolore, vix oculis
siccis, eas perlegi; Neque credo,
quenquam esse tam ferrei pecto-
ris, qui ad ea mala, quæ in illis referuntur,
Class. III. Fasc. III. Cc non

non perhorrescat, mireturque talia ab Homi-
nibus erga homines; à Popularibus erga Po-
pulares suos, à Christianis denique erga Chri-
stianos, idque (quod fidem omnem exupe-
rare valeat) etiam Religionis causa, fieri &
perpetrari.

Vos interim, Venerandi Viri, quod vestri
erat officii, sedulo præstitistis. Delegatos Ec-
clesiarum Hungaricarum amice accepistis.
Querimoniam eorum, ea, qua par erat, ca-
ritate atque Sympathia fraterna, audivistis;
Nullaque mora adhibita, ad remedium malis
ipsorum inveniendum omnes vestras cogita-
tiones convertistis. Perillustres Magistratus
vestros, cæterosque Reformatæ Religionis
Principes atque Senatores, ad persecutiones
horum Fratrum vestrorum serio conside-
randas excitavistis; & ut suam Auctoritatem
interponerent ad sedandas eorum oppressio-
nes, enixissime obsecrâstis. Denique ne
quid vel minimi ponderis desideretur, quo stu-
dium vestrum in hoc tam insigni Caritatis
opere exequendo ostendatis, etiam mea qua-
licunque opera uti voluistis, ad animum Au-
gustissimi Regis nostri commovendum, ne
in hac tam gravi sua necessitate afflictis Chri-
sti servis deesset.

O amorem vere Christianum! Et qualem
deceat ejusdem corporis membra erga se in vi-
cem habere! Dignum profecto & vobis, & exi-
mio illo vestro congressu, opus, ut quo præ-

præcipue tempore convenistis ad laudes Dei celebrandas, qui per duo jam secula Religionem Reformatam Vobis incolumem servaverit, eodem etiam, illam ipsam Religionem Evangelicam in aliis regionibus oppressam, concussam, ac tantum non extremum quasi Spiritum trahentem sublevetis, & , si fieri possit, in integrum restituatis.

Ego vero Fratres Charissimi, & propria voluntate motus, & vestro tam illustri exemplo impulsus, adeo eodem Vobiscum ardore accendar, ut nihil non tentandum putem, quo vestris tam piis tam justis, tamque benignis conatibus optatum successum compararem. Inprimis igitur Nobilem Virum, Comitem Sunderlandiæ, primarium Regis Ministrum, sedulo adivi: Litteras vestras illi communicavi: Petii, oravi, ut in hac re suam mihi operam atque auxilium concedere vellet; utque simul Regiam Majestatem adiremus: Non quod de ipsius prompta voluntate dubitarem, sed ut, quæ in hac causa facienda essent, eo majori vigore atque promptitudine perficerentur. Successit fere ultra spem conatus noster. Utriusque Ecclesiæ tum Hungariæ, tum Vicinæ vobis Vallensis, oppressiones Regi, eo quo par erat affectu, exposuimus, Favorem ejus, atque auctoritatem apud Cæsarem, Regemque Sardiniae obnixè imploravimus, ut ab his tam injustis vexationibus Eorum jussu &

mandatis liberentur. Et præcipue quod ad Pedemontanas Ecclesias attinet, etiam adhortati sumus, ut jure suo à Rege Sardinæ postulet, ut pacta in his, quæ Religionis exercitium concernant, Earum gratia inita, meliori fide in posterum observentur. Annuit votis nostris Rex Serenissimus: Neque dubito, quin Ablegatis suis jam dudum præceperit, ut omnem quam possunt, operam suo nomine impendant, quo ab istis adeo iniquis oppressionibus, utriusque ecclesiæ membra liberentur. Orandus Deus, ut tanti Principis conatibus, in hac tam justa, tã pia, tam religioni Christianæ proficua interpellatione adspirare dignetur; Et oppressis suis Servis exoptatam requiem tandem concedere, pro immensa sua misericordia velit.

Interim dum hæc feliciter, uti spero, peraguntur, ignoscite, Fratres dilectissimi, si majoris quidem laboris atque difficultatis, sed longe maximi nobis omnibus commodi, inceptum vobis proponam; in quo & sæpe aliàs, & hoc ipso tempore complures primariæ dignitatis Viri, summo studio allaborant; & junctis Viribus ab omnibus, quibus puritas Evangelii re ipsa cordi sit, una secum allaborandum sperant. Jam dudum sentitis, quo mea tendit adhortatio, ad unionem nimirum inter omnes, quæ ubique sunt, Ecclesias, quæ his ultimis seculis à communionem, seu verius tyrannide Pontificis Romani sese subduxerint, sedu-

sedulo promovendam. Quin hoc fieri possit, siquidem animum ad concordiam promptam omnes attulerimus, nullatenus dubitandum est: Quin fieri debeat, nemo prudens negaverit. Etiam providentiam divinam ad hoc Nos vocare & quasi manu ducere, vel ea quæ his proximis annis in hac nostra Ecclesia contigerunt, mea quidem sententia, clare ostendunt.

Regem nobis concessit Deus Optimum, Potentissimum, inter omnes Reformatos Principes absque controversia præcipuum. Hic inter Lutheranos enutritus, neque ab eorum sacris ullatenus alienus, ad Ecclesiæ tamen Anglicanæ communionem, cum tota sua Regali familia, accessit: adeoque exemplo suo (omnium quæ humano animo concipi possunt, longe illustrissimo) plane demonstravit, nihil obstare, quo minus alii omnes Protestantes in eandem nobiscum Ecclesiam convenire & quasi coalescere valeant.

Quod ad Reformatos spectat, nullos ego inter Eos esse credo, qui communionem nostram refugiant. Quæ cum ita sint, Mihi quidem videtur, Protestantium atque Reformatorum Unionem adeo nihil in se impossibile habere, ut jamdudum ex utraque parte tantum non re ipsa facta sit; tam Protestantibus quam Reformatis, si non verbis, at (quod majus quiddam reputari debeat)

factis confitentibus, posse se nobiscum, quasi in tertio aliquo consentire ac proinde inter se ipsos mutuo uniri.

Hoc igitur tam insigni argumento fretus, nullus dubito, quin ubi pax foris solide stabilita fuerit, etiam hæc tantopere exoptanda concordia inter Nos omnes conciliari possit. Ad hanc itaque animos nostros, ut par est, præparemus. Hoc præsidio Nos, nostras Ecclesias, contra Romanæ factionis potestatem atque perfidiam stabiliamus, sic inter nos uniti, nullos hostium impetus timeamus; qui, nisi nostra culpa, nequiquam nobis nocere possunt.

Et hoc quidem divina gratia aspirante, brevi tentandum, perficiendumque auguramur. Vos interim, Fratres Carissimi, hoc agite, ut saltem inter Vos Ipsos pax atque concordia inviolabiliter conservetur. Summo quippe dolore anno præterito accepi, dissensiones inter vos ortas fuisse de Capitulis aliquot circa doctrinam de Gratia Universali aliisque quæstionibus longe difficillimis; in quibus Optimi Viri, doctissimi Theologi, idem per omnia haudquaquam sentiunt. Angit hoc sane, idque non mediocriter animum meum: Et quamvis nollem vobis videri ἀλλοτρίοις ἐπισηκῶσαι, aut in alienam (quod ajunt) messem falcem meam immittere; Permittite tamen, ut in spiritu Caritatis, eoque quo erga vos feror, Amore fraterno, vos ob-

secrem & in Domino obtestor, ut in hujusmodi rebus, quatenus id fieri possit, idem sentiatis omnes; Quod si id nondum assequi valeatis, ut saltem sic alii alios feratis, ut nullum sit inter Vos Schisma, nullus querimoniarum aliquorum adversus alios Locus; Ut non nimium curiosi sitis in iis determinandis, quæ Deus non admodum clare revelaverit; quæq; absque salutis dispendio tuto nesciri poterint: Quæ Sapientissimi Prædecessores nostri in omnibus suis confessionibus caute tractanda censuerint; Eâque moderatione, ut universi in iis subscribendis consentirent: Et à quorum prudenti cautela, sicubi postea discessum fuerit; contentiones, lites, inimicitiarum aliarque infinita incommoda, protinus subsequuta sunt.

In his disquisitionibus Lutherani à Reformatis dissident; nec Reformati ipsi prorsus inter se conveniunt. Ecclesia Anglicana optimo consilio & exemplo ab omnibus imitando nullius conscientiarum his in rebus jugum imponit. Quæ de illis in Articulis suis statuerit, talia sunt, ut ab omnibus fere ex æquo admittantur. His contenta, nec ipsa aliquid amplius requirit, nec aliis permittit plus à quovis exigere; aut de istiusmodi questionibus aliquid curiosius statuere. Hinc summa inter nos pax cum sobria sentiendi libertate conjuncta. Utinam & Vobis iisdem conditionibus concordia stabiliatur.

Utque veteri Confessione vestra Helvetica contenti, neque alicui permittatis aliter docere; neq; ab alio quidpiam confitendum requiratis, ultra id quod ab initio requisitum fuerat; Cum tamen Summi illi Viri, Calvinus & Beza (ut de aliis taceam) secus de his articulis sentirent, quam alii plures, quos tamen non solum tamen non solum tolerandos, sed & pro fratribus habendos, rite ac sapienter judicarunt.

Hoc vobis non modo pacem inter Vos Ipsos conciliabit, verum etiam concordiam vestram cum aliis Ecclesiis Reformatis sartam tectam tuebitur. Absque hujusmodi temperamento Unio illa cum Protestantibus tantopere desiderata, nullo modo iniri poterit. Vos igitur, Fratres, serio hæc, ut par est, considerate: Nec à vobis, à plerisque aliis Reformatis, etiam à Vestris Antecessoribus, novis ac durioribus impositionibus, se edite. Ipsa Synodus Dordracena, à Rege nostro Jacobo monita, ut ad aliarum Reformatarum Ecclesiarum confessiones, quantum in se foret, decreta sua conformaret, ita Canones suos fabriavit, ut vel illi, qui in his ipsis articulis explicandis ab invicem dissentirent, omnes tamen constitutionibus Synodi unanimiter subscripserint. Hæc Vos, Viri Prudentissimi, ad moderata consilia capienda moveant; Eaque sequenda, quæ ad pacem & concordiam vestram servandam stabiliendamque conducant. Ipse vero Deus pacis adeo Vos omnes sancto suo Spiritu dirigat, ut ea sem-

semper meditemini , diligatis , faciatis , quæ
Ecclesiæ suæ Ædificationem in hoc seculo
promoveant ; ad æternam Vos ipsos gloriam
atque Felicitatem perducant in Futuro.

Ita ex intimis præcordiis vovet,
Fratres in Domino Colendissimi,

Dat. 8. die April. Anno

Dom. 1719.

Vester in opere Evangelii, Con-
servus dilectissimus

WCant.

Litterarum inscriptio hæc fuit.

Præstantissimis Viris,

Pastoribus atque Professoribus

Ecclesiarum Helveticarum

Præclarissimis

Fratribus in Christo Colendissimis.

B.

Ecclesiarum HELVETICARUM

Responsio.

*Illustrissime Præsul & Primas, Pater
in Christo Reverendissime.*

NE illustrissimam TUAM DIGNITATEM
Literis hisce nostris interpellaremus, ipsa
poteramus gravissima curarum onerum-
que ab Augustissimo REGE cum Gubernacu-
lis REGNI in eam devolutorum mole diu-
tius absterreri, nisi primum ipse hic Illustris-

Cc 5

simus

fimus tanti honoris, tantæ dignitatis, pruden-
 tiâ TUA incomparabili dignissimæ splendor
 Nos invitasset, ut eam uno ore omnes gra-
 tabundi atque FELICITER! ex intimis pe-
 ctoribus iterum iterumque acclamantes adire-
 mus: tum nisi ipsæ Literæ mellitissimæ ab
Illustrissima Tua Dignitate ad nos transmissæ (ad
 quas pro eo, ac debuerunt, inter Nos commu-
 nicatas Responſa collatis, ut solent, in com-
 mune consiliis concepta, hisce reddere sustine-
 mus) evidentissimo Nobis documento forent,
 præcipuam curarum *Tuarum* atque præclarissi-
 marum occupationum partem eam ipsam esse,
 cujus commendationem nostram pietati *tue*
 celebratissimæ gratissimam & fuisse hacten-
 us, & nunquam non fore, *Illustrissima Tua*
Dignitas tam abunde testatum nobis fecit, re-
 bus conclamatis Ecclesiarum, Hungaricæ &
 Vallensis, sub iniquissimis oppressionibus ex-
 tremum spiritum trahentium ad Illustrissi-
 mum Comitem SUNDERLANDIÆ, atque
 cum ipso ad Augustissimam ipsam REGIAM
 MAJESTATEM perlatis tanta cum promptitu-
 dine, tanta cum affectus gratiosissimi pietate,
 tanta cum successus exoptatissimi felicitate,
 ut e Clementissimis juxta ac Potentissimis
 Augustissimi REGIS intercessionibus præsi-
 dium sibi & rebus levamen in arctis, quod effu-
 sissimis cum lacrymis, lamentis & precibus
 hactenus expetierunt, sperare in posterum
 possint, utinam & impetrare? afflictissimi
 Chri-

Christi servi, fratres utriusque Ecclesiae supra dictae dilectissimi. Faxit optimus Maximus Deus, ut soteria ad *Ipsam* mox possint perolvere sua atque cum ad Augustissimum Regem, fatali temporum nostrorum caligini divinitus concessum solem, tum ad Illustrissimam *Tuam Dignitatem* commendationes ad *illum* suas hujus denuo causae Dei, quas enixissime efflagitamus, ingeminato cum ardore identidem iterantem, utque beneficentissimi hujus solis radii ad Ecclesiam etiam Archi-Palatinam deflectantur, gravi nuper Catechismi sui tanto in aureoli Libri Symbolici honore ab universa Ecclesia Reformata habiti, jacturâ ex Edicto Electoris adflictam, recenti etiam Redituum Ecclesiasticorum ipsi alicubi eripendorum exemplo admodum percussam. Quamobrem ad *Regiam Majestatem* delatae nuper pro ea procerum nostrorum intercessionis tantum ut velit addere pondus Illustrissima *Tua Dignitas*, quantum per summam, quâ pollet, apud *Regem* gratiam & auctoritatem, potest, omni studio ac contentione etiam atque etiam obsecramus. Sanctissimis his DEO SALVATORI nostro in membris ipsius praestitis officiis Illustrissimam *Tuam Dignitatem* nonnisi ineundae apud divinam *Clementiam* gratiae intentam esse, est quidem nobis exploratissimum: amplissimam tamen ex iisdem apud Sanctos omnes, qui usquam terrarum sunt, & qui ad omne ævum erunt, consecuturam,

at-

atque apud nos jam consecutam esse gratiam gratissimamque & sempiternam memoriam, lubentissimè, uti par est, profitemur & prædicamus.

Cæterum quam Unionis Ecclesias inter Protestantes conciliandæ spem iniecit Illustrissima *Tua Dignitas*, quam *sua* & primariæ Dignitatis Virorum in maximo hoc & divino plane opere promovendo curam operamque significavit, in lætitiâ nos insignem, promptissimum applausum & spem successus dudum exoptatissimi luculentissimam erexit, nihil prius, nihil antiquius habentes, quam ut quos semper Fratres agnovimus, fraternoque amore prosecuti sumus, Augustanæ Confessionis Protestantes, in gremium Veritatis purè Evangelicæ cum tenerimis mutua charitatis unionisque Christianæ amplexibus se recipere, aut in mutua saltem Tolerantiæ ac fraternitatis porrecta iis à Reformata Ecclesia semper brachia certatim ruere, adspirante divina gratiâ, in animos tandem inducant suos: quod ut fiat feliciter, quemadmodum flagrantissimis à Spiritu pacis precibus efflagitamus; ita si quando futurum sit, ut tam præclaris ac salutaribus captis conatibusque, opera etiam nostra possit inservire, eam nunquam esse defuturam, sanctè pollicemur.

Quanta denique Illustrissimæ *Tua Dignitati* Ecclesiæ imprimis nostræ Helveticæ intimis in medullis hæreat cura, pientissimo nostrique aman-

amantissimo animo sit insuper injecta rumore superioris anni de Dissensionibus quibusdam intra eam exortis, Consiliis suis quam piis & pacificis ! paterno velut affectu, quem summis studiis suspicimus atque veneramur, demonstratum ivit. Sunt autem dissensiones illæ per divinam Gratiã non inter Nos, quamquam intra Nos, non publicæ, sed privatæ, non communes, sed Academiæ Lausannensis singulares, illi soli relictæ atque curæ Ecclesiæ Bernensis, á qua earum compositio pendet, quieti ac tranquillitati pristinae, uti confidimus, proxima, ut nec hæctenus illa de iis quidquam ad Communem nostram notitiam, nedum consultationem referre necesse habuerit. Equidem dissensionibus his, qui eas exitarunt, in occasionem rapuerunt Formulã Consensus Ecclesiarum Helveticarum, quæ tamen ceu Confessionis nostræ Helveticæ, Canonumque Dordracenorum ab Ecclesia Reformata ferme universa receptorum munimentum, cum illis hæctenus inter nos perstitit perstabitque, Deo annuente, tesserã publicæ inter Nos pacis & concordiae publicæ, ad cuius ὑποτίπωση sacris Literis consonam, seu formam sanorum sermonum linguæ calami que publicorum in Ecclesia & Schola Doctorum fraternè convenient, quemadmodum convenerunt etiam hæctenus singulari Dei T. O. M. in Ecclesiam nostram collato beneficio, sex quo repagulum hoc sacrum unanimi

nimi Ecclesiarum nostrarum consensu fuit positum opinionibus sequioribus, é quibus deteriores aliæ, subnasci consuevissent, salvâ tamen nostrâ cum universis fratribus exteris, & quidem iis etiam, quotquot circa illas duntaxat dissentirent, de cætero nobiscum *ισόπιμον πίσιν λάχοντες*, sancta conspiratione & confederatione, hisce etiam difficillimis, in quænos Deus reservavit, temporibus ad Pacem cum internam inter Nos; tum cum illis externam conservandam summè necessariâ. Hujus itaque Pacis quod inæstimabile pretium Illustrima *Tua Dignitas* nobis tam facundè ostendit, quod tam blandos ad ejus studium stimulos suggestit, gratissimo eoque, omnino omnes uno eodemque accipimus animo, qui Filios pacis decet: *τὸ ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ, ἢ ἀγαπᾶν ἐν ἀληθείᾳ* curæ cordique unicè habentes, atque *Deum principemque pacis* cum Apostolo fervidissima in vota vocantes, ut quotquot secundum Canonem hunc incedent, super eos Pax sit & misericordia & super *Israelem Dei*. Hæc exaudiat *Ille Illustrissimæ Dignitatis Tuæ*, hæc nostra vota, quibus Augustissimum *Regem Vestrum*, quibus Te, Reverendissime *in Christo Pater*, quibus cæteros Amplissimos florentissimarum Magnæ Britanniae Ecclesiarum *Proceres serenissimis* auspiciis hanc pacem Hierosolymorum Dei tantopere quæritantes, ad lætissimam & longissimam ejus in his terris usuram sospitari, ad æternum ejusdem

dem in cœlis beatissimè percipiendum fructum servare, ex intimis præcordiis precamur, Clementiæ ac Gratiæ Vestræ Nos nostrasque Ecclesias humillimè commendantes,

*Reverendissima atque Illustrissima Dignitatis
Tua.*

Devotissimi Cultores,

Pastores ac Professores Ecclesiarum Reformatarum Helveticarum

Tigurinæ, Bernensis, Glaronensis, Schaphusianæ, Abbatiscellanæ,

Sargallensis, Rheticæ, Eorumque Nomine

I. Lud. NUSCHELER, Eccl. Tigurinae Antistes.

Inscriptio : Illustrissimo Domino Wilhelmo,
Divina providentia Archi-Episcopo Cantuariensi, M. Britannia Primati, Reverendissimo in Christo Patri ac Domino.

Londinum.

C.

Ecclesiæ BASILIENSIS Responsio.

Illustrissime Domine, Reverendissime Præsul.

QUum nos à multo jam tempore calamitates Ecclesiæ, crebræque, quæ ipsam undique circumstant ac premunt, ærumnæ, pro eo uti debent, vehementer sollicitos

tos habuerint, luctuque & mœrore opple-
rint; verissime affirmare possumus, lecto
exemplo litterarum, quas d. 8. April. S. V.
ad Helveticas Ecclesias dedisti, primum nos
ex longo & gravissimo dolore recreari cepis-
se, & in spem aliquam meliorum temporum
erigi. Plane enim ita illæ sunt comparatæ, ut
nullum sit malum ex his, quæ jam pridem
Ecclesiam affligunt, cui non eximium & salu-
tare remedium auxiliumque à Te proponi at-
que adhiberi videamus. Quominus mirum
Tibi videri debet, Præsul Reverendissime, si
in tanta tam cumulata lætitiæ exultatione
temperare nobis potuimus, quominus hosce
sensus animorum nostrorum ipsi per nos Gra-
tiæ Tuæ declararemus: id quod Te pro tua
singulari ac passim terrarum celebrata huma-
nitate optimam in partem accepturum esse
facile speramus.

Ac primum, quod precibus Ecclesiarum
nostrarum motus, ac simul tuomet ipso, quo
flagras, Religionis ab omni malo atque op-
pressionem defendendæ studio incitatus, Eccle-
siæ Hungaricæ atque Pedemontanæ patroci-
nium apud Augustissimum Regem cupide sus-
cepisti; atque utilis, qui solus hac tempestate
inter homines quidem, ut intelligere possumus,
maxima cum auctoritate & spe successus agere
hoc potest, pro afflictissimis Ecclesiis interces-
surum atque ad earum sublevandam calami-
tatem summa cura studioque comisurum se
se esse polliceretur, effecisti; luculentissimum
sa-

sane est, quod homines pii Religionisque Studiosi debere Tibi possint, beneficium.

Etenim cum harum Ecclesiarum Altera ob vetustatem suam Evangelicarum omnium aut mater aut certe sine ambiguitate major Soror, dignaque omnino, quæ Parentis vice à reliquis colatur, existimari debeat; Altera in Mohammedicæ sectæ confiniis posita, ac tam ab ista quam ab aliis hominum de Religione capitales errores errantium Sectis, undique circumsepta sit, utraque vero cum atrocissimis calamitatibus & persecutionibus tam olim conflictata fuerit, quam nunc cum maxime conflictetur; haud facile profecto inveniri possint Ecclesiæ, quas tam ex præteritis ærumnis recreare, quam in posterum à malis defendere pulchrius sit & honestius.

Alterum Caput Litterarum tuarum, Præful Illustrissime, non minus nobis jucundum atque exoptatum accidit, quo studium tuum singulare, inter omnes Evangelicas sive Protestantas Ecclesias Concordiam Ecclesiasticam farciendi, demonstras, & cum nos ad hoc cæptum pulcherrimum pro nostra parte promovendum juvandumque summopere cohortaris, tum non parvam isto tempore hujus præclarissimæ rei perficiendæ spem esse proposito Augustissimi vestri Regis factò ostendis, qui Lutherana Doctrina, quæ vocatur, à teneris imbutus, neque vel nunc ab Ejus Ec-

clesiæ sacris alienus, cum nihilo secius, pariter uti omnis ejus Familia ad Ecclesiæ Anglicanæ communionem accesserit, alios quoque docere exemplo suo possit, nihil obstare prorsus, quominus in eandem istam Ecclesiam primo quoque tempore coalescant.

Nos vero, Reverendiss. Pater, sanctissimum hocce tuum desiderium vehementer probamus, ut illam diem videre omnibus votis optemus, qua cunctæ pariter Ecclesiæ, quas olim aut recentius à Romani Pontificis Tyrannide, divini Numinis benignitas liberavit, in hanc mentem atque sententiam conspiciant. Neque potest sane non præclarissimum nobis videri id, quod à Te allegatur, Augustissimi Regis ad vestram istam Ecclesiam sese cum omni Regali domo applicantis Exemplum, quando & hujus de Religione sententias veras esse atque manifestis sacrarum Litterarum testimoniis subnixas certum ac exploratum semper habuimus; & ejus confessionem concordare eandemque esse cum Basiliensi nostra, qua sola ad hanc diem post sacram scripturam stetimus, clarissime intelligimus; & denique, quod ad Ecclesiæ quoque Regimen atque Gubernationem attinet, si modo nomina & alia quædam externa, in quibus Religionem sitam esse nemo unquam affirmavit, seponantur, nequaquam vestras rationes disfidere à nostris, id quod etiam quamplurimi vestræ hujus florentissimæ Ec-
cle-

clesiæ Theologi atque eximii sacrorum Antitites existimarunt, ac ultro prædicarunt, plane persuasi sumus.

Quanquam & illud sane arbitramur, atque in animum nostrum inducimus, Te Collegasq; tuos, Viros Sanctissimos atque Reverendissimos, pro ea, qua estis, prudentia ac pietate, minime illos à vestra Ecclesia alienos reputaturos esse, aut ab ejus Communione segregaturos, si qui in ea, quam inter alias atque alias Protestantium Ecclesias ad hanc diem intercedere videmus, sententiarum, Gubernationis atque rituum varietate, non continuo mentem sese suam mutare, cunctaque ad vestrum exemplum conformare paratos esse profiteantur. Scitis vero, Illustriss. Præsules, & ultro ceteris inculcatis, neque jus hujusmodi in Christianorum hominum Conscientias cuiquam esse neque ob levem de aliquo Capite dissensum, quando fundamentum ipsum fidei ac Religionis firmum atque inconcussum perstat, ac neutrarum cultum ulla Idololatria vel prava superstitione deformat, vinculum concordiae Christianorum dirimifas piusq; esse; Immo & ad ampliorem in hisce ipsis similitudinem atque conformitatem perveniendi, unam esse viam & rationem, si omissa omni de controversis capitibus disputatione atque concertatione, ut de quibus etiam alioqui, quidquid undique afferri & congeri poterat argumentorum, jam pridem ab

utrisque in medium projectum sit, cuncto-
rumque considerationi pateat, alteri cum alte-
ris fraternam concordiam atque Commu-
nionem colant, deque iis quæ ad fundamen-
tum Religionis non pertinent, unumquem-
que quod verissimum rectissimumque censet,
sequi & amplecti permittant: Sic enim &
deservescente animorum & contentio-
num æstu, quem istæ acriores inter scissas ab invi-
cem & abruptas Ecclesias disputationes atque
contentiones necessario incendunt, ea tran-
quillatis jam & placatis mentibus facile pro-
babuntur, à quibus in illo irarum ac discor-
diarum motu vehementissime abhorrebant;
& posita semel omni similitate majorem cun-
cti æquitatem afferent ac alterorum cogno-
scendas justaque & suo pondere æstimandas
sententias, neque quisquam amplius pravas &
impias consequentias adversæ parti vel maxi-
me deprecanti & istas consecutiones non in-
fitianti solum, sed etiam vehementer dete-
stanti attribuet atque imputabit: quæ quidem
nonnullarum ratio minime æqua illa profecto
vel proba, hætenus pacem ac tranquillita-
tem Ecclesiæ pœne unice morata est.

Ceterum quum hoc postremum de tole-
randis libenterque suscipiendis, etiam qui in
aliquibus non maximi momenti capitibus à
nobis dissentiant, propter Lutheranos Theo-
logos, qui vocantur, præcipue posuerimus,
quorum ingenia ex propinquo cognoscentes
lon-

longoque usu sic sitis perspecta habentes, plane intelligimus, aliter ipsos quam servata sibi de controversis hactenus inter utramque Ecclesiam capitibus dissentendi facultate in Concordiam Ecclesiasticam haudquaquam esse consensuros: ita illud simul Tibi, Reverendiss: Pater, confirmamus, nos hac via & ratione quam dicimus, ad sanctissimum hunc pulcherrimumque scopum, qui nobis à Te Apostolico plane Zelo & spiritu proponitur, contententes, non parum nobis hactenus divini Numinis adjuvante benignitate videri profecisse. Quum enim ad dextram Rheni fluminis ripam, qua parte Marchionatus Badensis ditio porrigitur, vel maxime vicinas habeamus Ecclesias Lutheranas complures, & cum remotioribus quoque hujus Communionis Theologis non infrequens Litterarum commercium, aliqui de nobis, jam quidem colant; id hactenus pro nostra quisque parte diligenter egimus, ut contrahendis cum his amicitiiis, cunctisque, quos licebat, omni genere officiorum ornandis juvandisque, ceterum vero de Religionis controversiis nunquam nisi amice ac sedatis animis disputando, momentumque earum, id quod res est, leve & exiguum esse ostendendo, plerarumque animos (& sunt in iis certe Viri docti & in ista Religione celebres non pauci) mitigaremus, ac non nobis tantum sed & Religioni nostræ mirifice conciliaremus. Quam qui-

dem ad rem nuperum hoc Bellum Gallicum, ut solet nunquam non ex malis bona producere DEUS O. M. egregios nobis opportunitates attulit, quando semel iterumque hostili exercitu tractum hunc vastante, greges pariter & Pastores in hac demum urbe asylum praesidiumque rebus afflictis invenerunt, & per eam quoque occasionem cum Sacri nostri coetus frequentius ab utrisque sunt visitati, tum vero crebriores nobiscum habiti atque instituti de Religione sermones.

Quin istud etiam Illustriss. Praesul, pro eo, quo Te ferri videmus, Ecclesiasticae promovendae Concordiae, cunctorumque ejus removendorum obstaculorum studio atque ardore haud ingratum Tibi fore cognitu arbitramur. Quum huic desideratissimae Concordiae non parum obstare videretur, ac Lutheranos quidem Theologos vehementer offenderet, certa formula, quae ante hos annos quinquaginta Helveticis Ecclesiis placuerat, annos esse iam triginta & paullo amplius, cum hujus Ecclesiae nostrae Theologi atque Antistites, Decessores nostri, dandum hoc omnino Paci ac tranquillitati Ecclesiae esse censuerunt, ut cum de summa rerum sententiam haud sane mutarent, Formulae tamen mentionem facere, vel ejus subscriptionem exire desinerent: quae moderatio Incomparabilibus Principibus Wilhelmo Brandenburgico & ejus Filio Friderico Borussiae Regi, quorum utrumque hujus ejusdem conciliandae Pacis Ecclesiasti-

cæ scis fuisse studiosissimum, ita probata est, ut eam etiam Litteris quæ publice extant, laudarent, ceterisque imitandam proponerent. Quapropter ut de hoc demum concludamus : Quum eadem plane nobis mens sit, quod ad redigendos in Concordiam omnes Evangelicas Ecclesias attinet, quæ hisce nostris decessoribus atque Præceptoribus Viris prudentissimis Sanctissimisque fuit, nihil est quod dubites, Reverendissime Pater, quidquid à nobis ad hoc tuum cœptum Sanctissimum urgendum exigere volueris, quacunque in parte operam nostram requisieris, mire promptos, alacres, obsequentes Te habiturum esse.

Ceterum, qui hoc animo studioque ferimur ad concordiam ineundam jungendamque cum iis, qui sese jam ab annis centum & amplius à nostris Ecclesiis segregaverunt : facile intelligis, Illustrissime Domine, haud minus vehementer ei retinendæ colendæque, intentos esse cum his, quibuscum à primis emendatæ Religionis initiis conjunctissimi semper viximus, eaque de causa ex dissidio alicubi in Helvetia orto, quo de in extrema Epistola tua mentionem injicis, maximum animis dolorem necessario cepisse, & qua potuimus, ad sopiendum hoc malum & redintegrandam Ecclesiarum Pacem adniti debuisse. Quod quidem hoc magis atque diligentius facimus, quod jam pridem habemus persuasum, in

quæstionibus longe difficillimis atque abstru-
 sissimis, quales nimirum ex conflictu & com-
 missione geminæ doctrinæ de æterna Dei O.
 M. Præscientia & libertate Actionum huma-
 narum necessario oriuntur, de quibus etiam
 omnes inter Nationes, quæ modo de Religi-
 one paullo attentius cogitarunt, vel alioqui
 serio philosophatæ sunt, Paganos Veteres
 pariter ac recentiores, Judæos, Mohameda-
 nos, Christianos quoque inde à tertio post
 Christum natum sæculo crebras & assiduas
 fuisse sententiarum pugnas meminimus; quo-
 niam, inquit, persuasum habemus in hujus-
 cemodi quæstionibus decidendis ac definien-
 dis nunquam omnes omnino homines con-
 sensuros esse, desperandumque adeo prorsus
 fore de Pace & Concordia Ecclesiarum, im-
 mo & hominum singulorum inter se, si hoc
 omnibus firmum certumque staret, cum ne-
 mine istis vinculis conjungi; quin de illis
 Doctrinæ Capitibus planissime idem sentiat.
 Illud quidem piis omnibus sine dubio facien-
 dum statuimus, ut in quæstione tam difficili
 nobis tamque obscura, & in qua ratio humana
 quamcunque demum obligat sententiam, &
 quodcunque sibi procedat systema citius vel
 tardius ad *βιβλος* Paullinum suamque mentis
 hebetudinem & ignorantiam confugere co-
 gatur, absque multa disputatione simplicem
 Sacrarum litterarum sententiam sequantur,
 neque novis identidem movendis atque agi-
 tan-

tandis quæstionibus sibi aliisque molestiam fa-
cessant, figantque crucem. Sed & ob hoc
ipsum, quoniam Pacem, Concordiam, Cha-
ritatem atque ædificationem in tuam haud
paullo crebrius, clarius, vehementius, quam
superiores istas in sola contemplatione positas
quæstiones nobis Beatissimus Servator Chri-
stus Apostolique ejus inculcarunt, atque in
his summis ac Præcipuis Christianæ pietatis of-
ficiis errare & labi infinitis modis est pericu-
losus, quam in illis; minime profecto am-
bigimus, quin etiam, quibus diversa ab aliquo
nostrum de hujuscemodi quæstionibus senten-
tia placuit, pro conjunctissimis Fratribus &
præclaris DEI O. M. Instrumentis, Christi-
que Domini discipulis habendi, colendi, or-
nandique sint.

Habes sententiam nostram Illustr. Præsul,
veterem jam certe & pridem animis nostris
insitam, sed in qua nostamen mirifice & maxi-
ma cum nostra voluptate Litteris tuis confir-
matos esse confiteamur, ut etiam hoc nomi-
ne plurimum tuæ Gratia nos obstrictos esse
lubentes declarem. Faxit DEUS O. M.
Caputque ac Dominus Ecclesiæ Christus, ut
& Augustissimus Rex Britanniarum, quos tam
suamet sponte & pietate impulsus, quam Te
monitore & hortatore incitatus, suscipit ge-
nerosos sanctosque conatus, magno cum
fructu Ecclesiæ atque Religionis assidue ur-
geat, & Tu Rever: Pater, hisce pulcherri-

mis cœptis non inchoatis tantum, sed & quæ digna est pietate tua, Zeloque hoc Prophetico & Apostolico Merces, divino beneficio præclare absolutis & consummatis longum super-
 sis. Quod uti precibus nostris flagitare Supremum Numen nunquam cessabimus, ita Gratia tuæ Ecclesiam hanc nostram atque Rempublicam obnixè in futurum commendamus.

D.

GENEVENSIIUM Responsio.

EAs litteras, quas ad nos dare nuperrime dignatus es, eximias oppido, vereque Apostolici Spiritus plenas, non sine summa voluptate, gratissimique animi sensu, accepimus; Quibus lectis, duplici statim nomine recreati sumus, cum ob nova atque insignia, propensissimæ Tuæ in nos voluntatis, alias jam sæpe exhibitæ, & declaratæ indicia, quibus quidem nihil gratius, magisque honorificum cœtui nostro, accidere potest, tum quod testentur, litteras nostras, in gratiam Ecclesiarum Hungaricarum, fideliumque Pedomontio adjacentium, aliquot abhinc mensibus scriptas, Tibi, Reverendissime Præsul, ingratas non fuisse: Teque pro solida tua pietate, & ad bene faciendum propensione votis nostris lubentissime annuisse, efficacissima-
 que

que tua, apud Serenissimum Vestrum Regem, Eiusque primarium Ministrum, Comitem Sunderlandiæ, commendatione, afflictam tantumque non plane desperatam fidelium illarum causam, nulla interposita mora, adjuvisse. Quo nomine & ipse Tibi plurimum debent, suamque omnem quietem & securitatem si modo responderit piis tuis studiis Eventus, Gratiæ Tuæ acceptam referent, & nos quoque ipsorum Causa, quorum nos status vehementer tangit, summas Tibi, Præsul Illustrissime, quantasque possumus maximas gratias habemus atque agimus.

Hæc certe est, Vir Reverendissime, Ecclesiarum Christianarum, non exigua felicitas, & in mediis Anti-Christi adversus fideles Dei seruos machinationibus solatium non leve, cum excitantur à Deo Monarchæ veræ fidei, non nominatenus sed re quoque ipsa Defensores, qui creditam sibi à DEO OPT. MAX: potestatem in Ecclesiæ usus impendant, nec modo Ecclesias sibi subjectas, sed & Exteras, terrarum atque marium intervallis distitas, suo umbone protegant, ceterisque Regibus ac Principibus quibus illæ subsunt, commendent. Verū ut ad officia ejusmodi incitentur, qui imperant, innumeris alias in illo fastigio distracti curis atque negotiis, insignis procul dubio est usus, immo plane necessarium pios dari ad eorum latera, Dei Zelo succensos Præsules, qui pacem Hierosolymarum vere cordi
 ha-

habeant, Ecclesiarumque omnium Cura, Pauli exemplo, veluti oblideantur; suasque proinde dignitates, non ad mundanam pompam, non ad secularia commoda, (quod nimium multis toto orbe Præsulibus solemne est) sed ad promovendum Dei Regnum Ecclesiasque juvandas referant; Quod quidem Te strenue agere, Illustrissime Præsul, hancque Tibi in excelsa illa quam occupas statione Principem curam existere, nemo qui Te noverit, inficiabitur.

Et hujus quidem sollicitudinis, vere piæ tantoque Præsule dignissimæ, novum extat luculentumque specimen, in altera illa Epistolæ tuæ parte, quæ de Concordia inter Protestantes ineunda, quo non aliud datur gravius momentosiusque negotium, verba facis & saluberrima profers consilia. Quam rem certe, ut ad Commoda Protestantium, eosque à Papali jugo vindicandos, sumopere utilem, immo plane necessariam, ita & hoc rerum statu & Potentissimo vestro Rege, singulari, planèque mira Dei Providentia utriusque Communionis vinculo quasi existente, non possibilem duntaxat, sed & perfectu facillimam esse, (quæ tua etiam sententia est, Præsul Illustrissime) haud difficulter persuademur. Nec etiam de mutanda à quoquam sententia, aut damno cuiquam inferendo, hic agitur; quod ut impetrare arduum, ita & rogare iniquum esset, sed de nobis mutuo duntaxat.

taxat tolerandis, in iis ad quæ pervenire nondum datum est, cum salva sit interim, Dei beneficio, apud utrosque fidei compages, neque quidquam in alterutrorum Cultu Cœtibusque occurrat, quod beatæ illi coalitioni (absint modo humani affectus partiumque studia & ex solo Dei verbo res judicetur) intercedere valeat.

Neque vero alia unquam sedit, inde ab ipso Reformationis tempore, ad hodiernum usque diem, Ecclesiæ nostræ Theologisque nostris sententia. Quos omnes & debitam florentissimæ vestræ Ecclesiæ reverentiam habuisse, & animum ad pacem cum Lutheranis ineundam propensissimam nunquam non exhibuisse monumenta plurima testantur. Nam ut de Ecclesia Anglicana primum dicamus, tantum abfuerunt à damnando Ejus Regimine, à nostro quantumvis discrepante Theologi nostri, ut eam contra felicitatem vobis perpetuam esse optaverint. Quo fit ut vestris Ordinationibus suis semper in nostra Ecclesia steterit honos, neque nostri, in Anglia versantes, Communioni vestræ sese adjungere, neque vestri saltem plerique, nostram Communionem nostrosque cœtus frequentare, Religioni unquam duxerint. Cujus quidem devotissimæ nostræ in vestram Ecclesiam observantiæ, testes sunt bene multæ Theologorum nostrorum Epistolæ, alia documenta omni exceptione majora, quæ cum à
Du-

Durello, tum ab aliis superiori Seculo in lucem edita sunt. A quo tempore, si quid novi acciderit, hac in re situm videtur, quod cum novo in dies splendore Ecclesia vestra aliis praeluxerit, insigni Magnorum Virorum, Librorumque Cedro dignissimorum proventu illustrata, pari passu etiam creverint nostra in eam studia; quodque ingentibus a Regibus Vestris, Vestrisque Præsulibus atque Magnatibus beneficiis ornati, ferventiora quam alias unquam, pro ipsis vobisque, vota publice privatimque concipiamus.

Ad Fratres Lutheranos, quod attinet, haud ignoras dubio procul, Præsul Illustrissime, quantas amoris significationes, quantam in eundæ cum ipsis Concordiæ cupidinem, nullo non tempore exhibuerit Ecclesia nostra. Testantur publica atque privata magno numero scripta; Illud imprimis, quod urgente negotium hoc Johanne Duræo, anno 1655. Coetus nostri nomine editum est, nec non & datæ ad Fridericum primum, Borussia Regem litteræ, anno 1707. quibus Augustissimus ille Rex, humanissimum atque Zeli plenissimum haud dedignatus est responsum dare. Nec multo post, propensissimi nostri in Pacem illam studii ulterius demonstrandi ergo postulantes Lutheranis quibusdam, ut sui moris Ecclesiam hic institui liceret, Coetus noster, habita hac de re, una atque altera deliberatione non modo non adversatus est,

est, sed & Patronum ac intercessorem Lutheranis se præbuit; Quo factum ut res, ab Amplissimo Magistratu nostro XXV. viris primum deinde & CC. Viris, nulla mora nemineque reluctante concessa sit. Quibus omnibus abunde patet neque nos cuiquam hætenus etiam in posterum, quod in nostra futurum sit potestate, desiderari eundem in finem à nobis passuros.

Ceterum hæc est, Vir Reverendissime, singularis Dei in nos benignitas nostræque felicitatis pars non temnenda, quod de iis quæstionibus, quas Tu memoras, ad Tuæ calcem Epistolæ, ne minia quidem nunc intercedat inter nos Controversia. Fuerant olim non diffitemur, quædam ejusmodi inter nos dissidia. Verum illa per Dei gratiam à multis jam ab annis valere jussimus. Agnovimus quippe (atque utinam id ceteri omnes pariter agnoscant) tanti non esse quæstiones illas ut ea propter alios ab aliis damnari, pacemque Ecclesiæ turbari oporteat. Unde si qua forte intercedat, in concipiendi modis, notionibusve ipsis, diversitas (ut sunt varia hominum ingenia ingensque in rebus ejusmodi humanarum mentium caligo) neque ad pulpita unquam defertur, neque piæ atque fraternæ animorum consensioni quidquam detrahit. Qua quidem Christiana moderatone, in rebus, (quod tu observas) per sese difficillimis neque ad salutem necessariis,

salutem necessariis, duo longe maxima lucrati sumus, quod firmo stet jam talo quies nostra, neque amplius Exterorum seu Lutheranorum seu aliorum, nobiscum non plane sentientium, offensionis aut querimoniis locus superfit.

Hicce vides, Præsul Illustrissime, nos in tuam, de toto hoc negotio sententiam ire pedibus, præstantissimæque vestræ Ecclesiæ & prudentissimorum ejus Antistitum, hac in parte, vestigia legere: Cui ut Tu, Illustrissime Domine, ad provec̄tissimam usque ætatem felicissime præsis, sisque Tuis nobisque omnibus, quemadmodum hæctenus fuisti, singulari præsidio, atque ornamento à DEO. O. M. boni omnis doni largitore, contendimus. Hæc scribunt, hæc precantur

Datum Genevæ die XXVI.

Maj. MDCCXIX.

Illustrissime Domine & Reverendiss.
Præsul, Inclytæ Tuæ dignitatis

Tuarumque virtutum devotissimi atque
studiosissimi Cultores &c.

E.

Illustrissimo Viro, Fratri in Christo Colendissimo;
D.D. Hieronymo Burchardo, Ec-
clesiæ Basiliensis Antistiti Me-
ritissimo,

Cæterisque ejusdem Ecclesiæ, atque Aca-
 demix Pastoribus, Professoribus,
 Doctoribus

Prudentia, Pietate, Eruditione Insignibus:
 Gulielmus, providentia divina Cantuariensis
 Archiepiscopus,
 S. P. D.

QUod non tantum literas meas ad Ce-
 leberrimam, Ecclesiarum Helvetica-
 rum coronam generatim missas, gratio-
 se accipere, sed ad eas, tanquam pro-
 prias, speciatim respondere dignemini, Vene-
 rande Antistes, Pastores atque Professores
 Ornatissimi; summas quas possum gratias
 & habere debeo & referre festino. Quid
 enim mihi optabilius, quid honorificentius,
 potuit accidere, quam à tot, tantisque Ec-
 clesiæ Christi luminaribus approbari? &
 præconiis non tantum ultra merita, ve-
 rum etiam supra spem atque ambitio-
 nem meam ornari? Et ego quidem, Fratres
 Charissimi, si quid in rebus mihi à Vobis
 demandatis, ad sublevandas oppressarum Ec-
 Class. III. Fasc. III. Ee clesia-

clesiarum Pedemontanarum & Hungaricarum necessitates effecerim ; totum id, quodcunque fuerit, bonitati atque pietati Augustissimi regis nostri tribuendum : qui uti afflictis raro deesse solet, ita Illis, qui justitiæ causa patiuntur, nunquam suum Regium Patrocinium denegabit. Causam itaque Pedemontanorum Fratrum Consultissimo Viro, Domino S. Saphorini absque mora commendari jussit : Cujus uti in rebus gerendis diligentia probe perspecta, ita in iis, quæ Religionis Reformatæ jura concernant, cura atque fides nunquam desiderabuntur. Et quamquam in hujusmodi oppressionibus amovendis, difficilior semper habita sit cura Imperialis ; adeo ut de Ecclesiis Hungaricis liberandis nullum certum consilium iniri valeat ; id tamen Rex Serenissimus curabit, ut de benevola sua voluntate, etiam erga illos Christi servos, nemo jure conqueratur.

Quanta sit necessitas arctioris inter omnes Ecclesias Reformatas Unionis, nemini dubium esse potest, qui vel nuperas accessiones Pontificiis factas, Principum quondam Nostrorum, nunc in Romanensium Partes transfugarum ; vel hostium in propagandis suis erroribus Zelum indefessum, Concordiam stabilem, nullis aut injuriis, aut commodis sæcularibus interpellandam, quoties de nostra perditione agitur, serio, ac prout decet, consideraverit. Hanc itaque concordiam uti in primis promovendam esse fate-
mur

temur omnes, ita à nobis, quibus Ecclesiæ suæ cura speciatiim à Domino commissa est, eandem præcipue aliis omnibus commendandam esse reor. Et vos sane, uti bonos ac providos Pastores decet, in hanc ultro sententiam concurritis. Ea quæ pacis sunt & amatis & quæritis: Utinam pariter & amarent & quærerent omnes, quotquot Reformatorum nomine appellantur! Nos sane in hac Ecclesia adeo plerumque animati sumus, ut cum omnibus pacem colamus qui eandem nobiscum fidem, in his quæ ad salutem sunt necessaria, profiteantur. Neque aliquibus ob dissensum in aliis levioris momenti articulis, aut communionem denegamus nobiscum præsentibus; Aut ab eorum communione nos segregamus, cum in eorum partibus una versemur. Hoc Vestri, qui in Anglia fuerunt, experti sunt; Nostri, qui in Helvetia commorantur, indies ostendunt: Adeo ut, quod ad nos spectat, nihil amplius in hac re desiderari posse videatur. Quod si, ad sedandas infaustas quasdam lites, inter Bernenses præcipue motas, de articulis quibusdam, in quibus consensus optari poterit, etiam quæri debeat, at sperari vix aut ne vix quidem valeat; Ego Homo in altero quasi orbe collocatus, plerisque vestrum nec nomine notus; Meam, haud rogatus, vel sententiam dixerim vel adhortationem interposuerim; Quam felicem me habere debeam, quod Vos, Viri Consultissimi, tanta caritate hanc meam intercessionem susceperitis; &

ausum, vix venia dignum, etiam laudibus
vestris retribueritis?

Agnosco insignem humanitatem vestram:
benevolentiam suspicio; moderationem colo.
Pergite, uti coepistis, Fratres dilectissimi, inter
Vos pacem, cum aliis amorem atque com-
munionem tueri. Ego, quantum in me fue-
rit, efficiam, ne affectus erga me vestri Vos
unquam poeniteat: Qui utcunque in ceteris
inferior, at in sincera animi mei erga vos
omnes propensitate atque benevolentia nulli
unquam vestrum me cessurum esse & firmiter
spero & fidenter in me recipio.

In hoc promisso desino: Et ut DEUS
Vos omnes, vestramque sanctam Ecclesiam,
in fide pura, charitate individua; pace sta-
bili; Unione inconcussa, in omnia secula
conservet, eo quo decet ardore precor & vo-
veo: Meque ex animo profiteor,

Ex Aedibus nostris Lambethanis. Iphis Idib. Julii A. D. 1719.

Illustrissime Antistes;
Domini in Christo Amantissimi
Vestrum, ad omnia pietatis & amo-
ris officia, Conservum in Domino
paratissimum

WCant.

CHRIST. AUG. HEU-
MANNI,

EXAMEN FABULAE

*De columba ex Polycarpi rogo
evolante.*

§. I.

Sæpe doluerunt, nec satis unquam do-
lere poterunt viri docti, olim tantum
fuisse planorum proventum, qui pro
genuinis veterum monumentis falsas
merces nobis obtruserint, ut vix ul-
lus sit Ecclesiæ doctorum, cujus nomine non
superbiat epistola vel liber aliquis alienus.
Proinde gratias debemus maximas Criticis,
qui, quid distent æra lupinis, magna cura de-
monstrare annisi sunt. Nondum tamen hoc
Augiæ stabulum perpurgatum esse vide-
tur, sed quod proverbio dicitur, etiam hic
dies diem docet. Quam multi enim hodie-
que sunt, qui epistolas sub *Ignatii & Polycarpi*
nominibus exstantes pro veris amplexantur
& in deliciis habent! De *Actis* vero *martyrii*
Polycarpi, sive de *epistola Smyrnensis Ecclesiæ*,
quam *libri IV. Hist. Eccl. capiti XV.* inseruit *Eu-*

Ee 3

sebius,

sebius, qui vel dubitarit, ego quidem novi neminem, persuasissimum tamen habens, non minus hanc, quam *Ignatii & Polycarpi* epistolas omnes, esse fidei sublestæ. Sed id nunc non agimus. In eo enim sumus, ut aliquem *Smyrnensis epistole*, id est, *Actorum Martyrii S. Polycarpi*, locum, qui mire torfit præclara ingenia, consideremus, nec tam fabulam inde ejiciamus, (eam enim jam agnoverunt, agnitam repudiarunt viri doctissimi) quam fabulæ eruamus incunabula. Quod bene vertat!

§. 2. Scilicet in citatis *Actis Martyrii §. XVI.* relatum legimus, Polycarpum in rogo positum comburi non potuisse; hinc carnificem jussu gladio eum transfigere; quo facto columba processerit de corpore martyris ac tanta vis sanguinis, ut & ignis exstingueretur. Græca verba hæc sunt: "Εξήλθε περισερὴ καὶ πλήθος αἱματός. In *Eusebio* eadem leguntur, sed omissa columbæ mentione. "Εξήλθε πλήθος αἱματος, inquit. Quid? OMNES vetusti scriptores de hoc prodigio (evolantis columbæ) altum silent, quæ verba sunt *Thomæ (a) Smithi*.

§. 3. Quæsitæ proinde causa est additamenti hujus. *Tenzelius (b)* suspicabatur, jam ante *Eusebii* tempora duplices *Smyrnensis Epistole* codices exstitisse, aliis columbam memorantibus, aliis omittentibus. Sed non ha-

(a) Annot. ad h. l. p. 116.

(b) Miscell. Eccl. P. I. Exercit. IV. §. 33. p. 142.

habuit sat graves sic sentiendi causas.
Stephanus Monachus in *Prolegomenis ad Varia Sa-*
era varias affert conjecturas (bb) criticas,
 quod scilicet pro *περισερξ* legi possit *πλευρξ*,
 Ee 4 vel

(bb) Quod si his Virorum celeberrimorum conjecturis
 & meam liceret addere, quid si loco *περισερξ* lege-
 remus *περισερων*, circa *medias costas*, vel *e mediis*
costis scilicet, exivit sanguis? *Στεραι* enim illas
 notant docente Julio Polluce, cujus verba L. II. c. 182.
 haec sunt. *Αι μεν πρωλαι* (sc. *πλευραι*, sive των
πλευρων εσα, de quibus sermo erat) *δυο καλουνται*
αντισροφαι, *δυο δε αι μετα ταυτας ΣΤΕΡΕΑΙ*, *δυο δε*
επι ταυτας, *σερνιπιδες*. Si hoc non arridet, quid si
 scriptum fuerit *περισερνιξ*? *Σερνιξ* enim He-
 sychio explicatur *ενπεριωνη*. Haec autem vox no-
 tat hominis *viscera*, ita ut e visceribus Martyris pro-
 rupisse sanguinem narretur. Si neque id tibi satis-
 faciet, age *tertiam* propono, quam parum abest, quin
 veram esse ausim affirmare. Quid obstat, quo minus
 legamus *περι ΣΤΕΡΝΟΥ* sive *ΣΙΕΡΝΩΝ*, utrum-
 que enim recte dicitur. *Στερνον* autem sive *σερναι*
 notant *σηθ*, pectus, sive anteriorem thoracis par-
 tem, ut vel pueris notum est. Ea ratione cum per
 exigua literarum permutatione sensus facilis atque
 obvius emergeret. Veluti enim cum mortui Serva-
 toris *πλευρα* aliquis militum transfodisset lancea
ευθως ΕΞΗΛΘΕΝ ΑΙΜΑ και υδωρ, ut D. Johan.
 XIX, 34. loquitur, ita, cum morituri Servatoris discipuli
 ac martyris pectus transfixus esset carnificis gladio
ΕΞΗΛΘΕ ΠΕΡΙ ΣΕΡΝΩΝ ΠΛΗΘΟΣ ΑΙΜΑΤΟΣ,
exivit e pectore sive thorace *copiosus sanguis*. Ad quam
 lectionem si advertissent animum librorum descri-
 ptores, non tam infructuoso commento materiam sup-
 peditassent. T. d. H.

vel πνεῦμα, vel παροχρημα, vel in ἀετρεῖ.
 Postremam conjecturam approbavit *Wilhelmus Wakæus*, (cc) qui Patrum apostolicorum epistolas in Anglicum sermonem translatas Londini A. 1693. edidit, in Prolegomenis suis. Eam etiam Summe Reverendus *Jo. Andr. Schmidius* (c) approbat: & Anglus quoque ille *Smithus* (d) eandem aliquando verissimam esse judicavit, postea damnatam ob firmissimas, quas profert, rationes. Ipse *Monachus* vulgatam tandem lectionem servavit, cujus facti causam ipsiusmet verbis adscribemus: Si, inquit, vox μετρεῖ servanda, & martyrium Polycarpi isto novo prodigio ornandum, nullus dubito, quin *Lucianus* hoc ridere voluerit fictione vulturis subito exeuntis ex rogo Peregrini. Quasi voluisset innuere, miraculum idem fuisse & in morte Polycarpi, & in morte Peregrini sui, eadem levitate & utrumque disseminari. Verum hoc, inquit, *Smithus*, nullo fundamento innititur, & plane incertissimum est, vetustis sive Græcis sive Latinis omnino obmutescentibus, nulla-que traditione, ne levissima quidem, de hoc portento apud illos servata. Ipse igitur aliam ingres-
 sus

(cc) Hic, ni fallor est, reverendissimus nunc Angliæ primas, grande hac tempestate, non Britanniarum solum, sed & omnium Evangelicarum Ecclesiarum & decus & praesidium, cujus epistolare cum Theologis Helvetiæ commercium procul dubio non sine singulari voluptate modo legisti. T. d. H.

(c) Dissert. de fabulis in *Hist. Eccl. sæc. II. p. 27.*

(d) Loc. cit.

sus sententiam, hanc historiolum inde putat or-
tam esse, quod pius (e) aliquis lector sui co-
dicis margini eo loco adscripserit vocem π-
ερεε alludens ad morem αποδεξιου Romanae,
quo accensa pyrâ aquila dimitti solebat,
versus coelum evolutura: quæ deinceps in
textum a librario sit intrusa. Sed ipsemet
Smithus merito dubitavit, an hæc conjectura
sagaci se lectori sit probatura, nimis quippe
longe petita, vixque ullam veri speciem præ
se ferens. Rectius Jo. Clerico (f) videtur hoc
additamentum pia quadam fraude assutum ab
aliquo, qui divina miscendo humanis mar-
tyrium Polycarpi augustius reddere voluerit.
Confirmat opinionem suam inde, quod
Theodoricus Ruinartus in Actis primorum marty-
rum testetur, in M. S. quodam codice Actorum
martyrii S. Polycarpi omissam esse columbam.
Addit, similem fictionem poëticam in Pruden-
tio (g) legi hisce verbis:

*Emicat inde columba repens,
Martyris os nive candidior
Visa relinquere & astra sequi.*

Ee 5

Ad.

(e) His verbis sententiam Smithianam in compendium
redactam retuli in Actis Erud. A. 1710. p. 200. ubi
& p. 335. prima fundamenta jeci meæ sententiæ, in
§. sequenti uberius assertæ.

(f) Tomo XXVI. Bibl. sel. p. 219.

(g) De coronis Martyrum Hymno III. v. 33. sq.

Spiritus hic erat (b) Eulaliae
Lacteolus, celer, innoxius, &c.

Adjungo, geminam narrationem me|offen-
disse in *Antonini Liberalis* libro *Transformatio-*
num, & quidem primo statim capite. Nar-
rat quippe, cum Ctesyllæ in partu extinctæ
jam exornatum cadaver ad sepulturam effer-
retur, columbam e sandapila evolasse. Scilicet
columbam Veneri sacram fuisse, ex Mythologia
constat, adeoque fabula significat, Ctesyllam
veneris pullum fuisse, a morte inter divos
receptam, tanquam alteram Venerem. Ean-
dem fabulam paucis tangit (i) *Ovidius*. En
verba ejus:

Transit S antiquæ Cartheia moenia Cæ,
Qua pater (k) Alcidas placidam de corpore
nata

Miraturus erat nasci potuisse columbam (ii)

S. 4.

(b) Nam S. Eulaliae martyrium isto hymno descri-
bitur.

(i) Lib. VII. *Metam.* v. 370.

(k) Subaudi *Ctesyllæ*.

(ii) Hæ fabulæ mihi in memoriam revocant aliam Ju-
dæorum fabulam. Narrant enim de Salomone thro-
num suum conscendente, in singulis gradibus singu-
los stetisse præcones, sententiam aliquam ei accla-
mantes. Cum autem confedisset, COLUMBAM
de throno provolasse auream & arcam aperuisse, at-
que ex ea protulisse legem, regique proposuisse, ut
secundum illam jus diceret. Vide Schick. *jus Reg.*
Ebr. p. 243. sq. *Fabr. Cod. Apocr. V. T. p. 1058. T. d. H.*

§. 4. Sed hæc quidem fabula, etsi non-nihil lucis ei loco, de quo disputamus, affundit, tamen non omnem eximit scrupulum. Quid enim columbæ Veneris cum Polycarpo? Ad S. Eulalam id facilius transferri poterat, ut columbæ symbolo ejus innocentia laudaretur & castitas. Subiit igitur animum meum alia conjectura, quam prorsus confido se probaturam esse lectoribus. Scilicet monachi, fabularum architecti, persæpe in vitis episcoporum enarrandis commemorant, supra caput ipsorum ad episcopatum electorum apparuisse columbam. Jam *Eusebius* hujusmodi fabulam (kk) *Historiæ suæ Ecclesiasticæ* (l) inseruit, referens, vacuefacto Romano Episcopatu, cum in eo esset populus, ut novum sibi crearet antistitem, subito Fabiani capiti insedissee columbam de cælo delapsam. Hæc quod Sancti Spiritus, qui olim (m) sub columbæ specie in Servatorem descenderat, imaginem

(kk) Potuit tale aliquid fieri sine miraculo. Ipse aliquando his oculis meis vidi columbam per apertam forte templi fenestram illapsam, postquam aliquamdiu hinc inde volitasset, consedissee tandem in tecto suggestus, ex quo sacro ministerio inaugurandus verba faceret. Quæ res ut mihi occasionem præbebat Viro deinde illi de felici isthoc omine gratulandi, ita, si pristinis temporibus contigisset, miris fabulis facile ansam dare potuisset, quemadmodum simile aliquid reapse dedisse mihi fit vero simile. T. d. H.

(l) Lib. VI. cap. 29.

(m) Joan. I. 32.

nem referre videretur, ab omni populo Fabianum illum proclamatum fuisse Episcopum. Quam eandem historiam *Platina* recitat in *Vita Fabiani* addita tamen formula scriptorum minus credulorum: *ut creditum est*. Pari modo *Pionius*, scriptor nulla fide dignus, in *Vita Polycarpi* (n) §. XXI. scribit, cum Episcopi Smyrnam convenissent novum electuri Episcopum, a quibusdam visam esse circum Polycarpi caput columbam candidam lumine cinctam: Id quod prælagio fuerit, Polycarpum electum iri, quod & acciderit. Sic *Ephrem Syrus* (o) testatus est, se candidam vidisse columbam, humero S. Basilii insidentem, quæ ipsi suggerere visa sit omnia, quæ publicâ dixerit in concione. Porro *Joannes Diaconus* in *Vita S. Gregorii I.* (p) refert, sæpius super hujus viri caput observatam esse columbam: & hinc constare, eum Spiritu S. perfamiliariter usum esse. Et inde quoque haud dubie enata est mira ista de columba nivea de carcere ad coelum adscendenti narratio in martyrio S. Benigni apud *Adonem de festivitibus Sanctorum*: quam quidem historiolam aliò transfert (q) *Smithus* τῆ ὁμοειδέος δὲ λεύ-

(n) Apud Tenzelium loc. cit. p. 89. qui totam illam Vitam ex Bollandi Actis Sanctorum descriptam exhibet.

(o) Orat. in Basilium apud Cotelierium T. III: Monum. Græc. p. 59.

(p) Lib. IV. cap. 69.


(q) Loc. cit. p. 117.

λεῶν. Plura exempla monasticarum hujusmodi fabularum (qq) de episcopali, ut ita loquar, *columba* qui legendi cupidus est, adeat Appendicem ad *Agnelli Vitae Pontificum Ravennatum* a *Bacchinio* Mutinae A. 1608. editas, p. 4. 5. 13. 14. ac pluribus locis: & ipsum *Bacchinium* Parte priori p. 173. sqq.

§. 5. Ex his satis abunde liquet, eum, qui *Acta Martyrii Polycarpi* hac fabula augere aggressus est, eo respexisse, quod, sicut spiritus S. sub columbae specie supra Polycarpi, cum Episcopus eligeretur, caput sese conspicuum ostenderit, ita jam ex ejus corpore unà cum anima discesserit, hoc signo testatus, Polycarpum verum sanctoque plenum spiritu fuisse episcopum. Concludam hanc dissertatiunculam

(qq) De Praesulibus praecipue Ravennatum sub ejusmodi columbarum apparitione electis talia narrantur, v. gr. *Aderito*, *Fleocadio*, *Martiano*, *Calocerio*, *Proculo*, *Dato*, *Severo* & aliis, de quibus Hieronymus *Rubens* in *Hist. Ravennatum* L. I. & II. consuli potest. Atque inde explicandus est Concilii Ravenatensis anni MCCCXI. canon X. qui de celebratione festorum agit ubi haec verba leguntur. *Et quod de festo B. Apollinaris & de omnibus sanctis Praesulibus Ravenatibus PER COLUMBAM ELECTIS fiant festa, ad totam ecclesiam Ravenatensem suis diebus.* Hinc phrasim illam *vendere columbas*, orta est, quae de iis usurpabatur, qui dignitatem episcopalem in alios lucri causa conferebant. Vide Glossarium *Ducangii*, & Venerabilis Abbatis *Joh. Andr. Schmidii* dissertationem de columbis in ecclesia Graeca & Latina usitatis editam *Helmaest.* 1711. in 4. T. d. H.

lam gemina narratione *Lupi*, Abbatis Ferrariensis. Is de *S. Wigberto*, Abbate Frizlariensi, in *Vita ejus cap. XI.* ita scribit: *Verum horâ exitus (id est, mortis, illius admirationis plena res obtigit. Circumstantibus fratribus visa est avis quædam specie pulcherrima supra ejus corpusculum ter advolasse, nusquamque posthac comparuisse quam fuisse indicium vitæ illius mundissimæ, cunctis haud dubie constitit. Ad quem locum nihil fuisse annotatum a doctissimo Baluzio, majorem in modum miror.*



III.

G. OUTHOVII,

Dissertatio

De

RAAB & RACHAB,

In qua demonstratur Raab fuisse illam meretricem Hierichuntinam, quæ exploratores excepit; at Rachab illam, ex qua Salmon genuit Boaz.

ARGU.

ARGUMENTUM.

De Rahab disputatur an fuerit eadem, quæ in Genealogia Christi memoratur, & an fuerit meretrix §. 1. Quidem putant fuisse cauponariam §. 2. Sed meretricem fuisse patet (a) ex voce $\eta\alpha\eta$. An illa sit $\alpha\eta\eta$, quod notat *alere, cibare*? §. 3. Quin potius a $\eta\alpha\eta$, quod notat *scortari*, hinc $\eta\alpha\eta$ meretrix §. 4. Joel. III: 3. Jud. XI: 1. 1. Reg. III: 16. *Caupa*. $\epsilon\lambda\alpha\upsilon\pi\alpha\sigma$ pro meretricibus §. 5. Versio $\tau\omega\nu$ LXX. Ef. XXIII: 17. Lev. XX: 5. Jud. XIX: 2. illustratur §. 6. Ex (b) voce $\pi\omicron\rho\rho\eta$, quæ notat ubique meretricem. Ejus $\epsilon\tau\upsilon\mu\omicron\nu$. Locus 1. Cor. VI: 18. 20. §. 7. An huic sententiæ advesetur Paraphrastes Chaldaeus. $\eta\alpha\eta$ $\kappa\eta\eta$. An sit Græcorum $\pi\alpha\nu\delta\omicron\kappa\epsilon\upsilon\tau\epsilon\iota\alpha$. §. 8. An fuerit Rahab meretrix eadem cum Rachab, quæ genuit Boaz. Ita omnes interpretes præter Theophylactum. Judæi dicunt nupsisse Josuae §. 9. Aliae Judæorum de ea traditiones §. 10. Illa non nupsit Salmoni §. 11. Quod probatur §. 12. Alia est Rahab, ab illa Rachab, cujus fit mentio in Genealogia Christi. Nam (a) illa vocatur meretrix, non hæc §. 13. (b) Nomina diversimode scribuntur §. 14. (c) Illam non uxorem habuit Salmon. §. 15. Illa sententia posita indissolubiles difficultates Chronologicae nascuntur §. 16. Quod probatur §. 17. 18. Tolerantur autem omnes, si Rahab & Rachab diversas esse mulieres dixeris §. 19. 20. 21.

§. 1.

Legimus in genealogia sancta apud Matthæum I, 5. $\Sigma\alpha\lambda\mu\omega\acute{\nu}\delta\epsilon\epsilon\gamma\acute{\epsilon}\nu\eta\eta\sigma\epsilon\tau\omicron\nu$ $\text{Bo}\acute{\alpha}\zeta\epsilon\kappa\tau\eta\varsigma\text{Ra}\chi\acute{\alpha}\beta$, Salmon verò genuit Boaz ex Rachab. Ubi miror, cum commentarios Doctorum interpretum inspicio, Viros Theologos adhuc esse in illa

illa sententia, hanc Rachab, ex qua Salmon genuit Booz, fuisse illam hospitam seu meretricem Hierichuntinam, de qua in historia Josuæ legimus, & cujus fides commendatur a duobus Apostolis, Paulo & Jacobo.

Disputant quoque multum Viri Docti ac Philologiæ periti, an mulier illa Hierichuntina, quæ exploratores, seu ἀγγέλους i. e. nuncios, ut Jacobus, vel κατασκόπεις, speculatores, ut Paulus ait, a Josua emissos, adeo comiter καὶ μετ' εἰρήνης excipiebat, fuerit Meretrix, an Lotrix, aut Cauponaria vel hospita, quæ peregrinos hospitio excipere, iisque cibum ac potum pro mercede ministrare solebat; quam quæstionem bene tractavit Doctissimus Dietericus in *antiq. Biblic. ad Jos. 2: 1. pag. m. 308. &c.*

§. 2. Quidam cum Fesselio in *advers. sacr. lib. 2. cap. 27.* putant illam mulierem Raab non fuisse meretricem aut scortum; sed potius cauponariam, aut hospitam, partim, quia hebræum verbum רַחַב, unde רַחֵב, exponunt vendere, mercaturam exercere, partim quia Chaldæus vocem רַחֵב vertit פונדקיתא, *pondekita*, quam vocem alii per πανδοκείτεια: seu Cauponariam, tabernariam, vel omnium advenientium susceptricem Cauponam, exponunt, ut πανδοκείτεια sit παρὰ τὸ δέχεσθαι πάντας, quod omnes excipiat, uti Suidas in Lexico ait, ubi quoque dicit, πάνδοχοι, αἱ πάντας ὑποδεχόμεναι, mulieres caupone, quæ omnes excipiunt. tom. 2. pag. m. 418.

m. 418. edit. *Æm. Porti.* Imo judicant viri docti quidam, non potuisse Raab fuisse meretricem, quia Salmon Princeps populi Dei, Abavus regis Davidis, eam uxorem duxit, quod non fecisset, si Raab tali impudicitiae labe commaculata fuisset, sed quam falsum hoc sit, statim patebit.

§. 3. Fuisse (a) Raab Hierichuntinam meretricem, nullus dubito, quia vox זונה vel אשר זונה in Vet. Test. si non semper, saltem plerumque pro meretrice vel muliere meretrice sumitur. Non ignoro, quosdam hanc vocem זונה derivare a verbo זון, quod magis Chaldaicum est, quam Hebraicum, & plerumque vertitur alere, pascere, sustentare, cibare, Dan. 4: 9. unde מזון alimentum, commeatus, uti Hebraeus quoque codex eandem adhibet vocem Gen. 45: 23. & 2. Paral. 11: 23. adeo ut זונה secundum hanc derivationem esset quasi cibatrix, vel uti R. Salomon, notante Buxtorfio, ait, מוכרת מזונות vendens species ciborum, & uti R. Anschel Germanicè reddit, ein Speiserin, ein Gastgeberin. Et hic S. Pagninus in thesauro Linguae
 Class. III, Fasc. III, Ff guæ

(a) Conferri in hanc rem meretur erudita dissertatio Academica de *Rachab* meretrice, quae sub praesidio praestantissimi Philologi J. G. *Abichtii* ante hoc septennium Lipsiae edita est. Neque minus Jacobi *Gaillardi*, Theologi Lugdunensis, de *Genealogia J. C.* dissertatio Gallicè edita Lugd. 1683. in 8. ubi p. 91. seqq. sententiam illorum, qui dubitant *Rachab* a *Matthaeo* memoratam eandem fuisse cum *Israëla Hierichuntina*, excutit refutatque. T. d. H.

guæ Sanctæ a זון derivat זונה *caupona hospita*,
 sicque appellatam dicit, quod escas
 præparet, vendat uti & V. Schindlerus in
 Lexico pentaglotto ab eodem זון deducit זונה,
cibos præparans & vendens fœmina. Allegans huc
 locum *Jos. 2: 1. ingressi sunt domum mulieris זונה*
caupona nomine Rahab, & confirmat porro su-
 am sententiam verbo allegato Targumico
 פונדקיתא *pondekita*, quod vertit *cauponariam*,
 πανδοκειτειον, *tabernariam* uti & פונדקי est παν-
 δοκεις, *caupo*, פונדק פאנדקעיִן, *diversorium*,
 Imo, addit Schindlerus, *si fuisset (Rahab) me-*
retrix, hi viri ad illam non divertissent, ob suspi-
ciones, & scortatorum advenientium metum. Sed
 quis Schindlero dixit, Rahab tunc temporis
 adhuc exercuisse πορνείαν? Licet antea reve-
 ra meretrix fuerit? Et quamvis grammatico-
 rum regulæ non plane obstarent, ut זונה
 a זון derivaretur, eodem modo ut טובה, טוב, a
 טובה, רומה, רום, &c. non ita frequenter tamen
 in hebræa lingua a verbis quiescentibus me-
 dia radicali vau, talia derivantur nomina;
 quam a verbis quiescentibus Lamed he, ut a
 ניה, *oppressit*, יונה *columba*, a נצה *volavit*, נוצה
pluma, a עלה *ascendit*, עולה *holocaustum*, sic di-
 ctum, quod totum igne absumptum ascende-
 deret, & evanesceret, sic a שאה *vastari*,
 שואה *vastatio*, a תעה, *errare*, תועה *error*, a ירה
jecit, יורה *pluvia*, uti & תורה *Lex, doctrina*,
quæ stillat tanquam pluvia, Deut. 32: 2. sic a נלה
migravit גולה *migratio*, ab הוה *fuit*, הוה *accidens*,

arumna, ab הרה concepit, הורה genitrix, & quæ sunt alia hisce similia.

§. 4. Et sic a זונה jam descendit זונה: quæ vox in scriptura plerumq; notat meretricem, ubi & verbū זונה scortari, meretricari, fornicari, & אשה זונה mulierem meretricem, ex. gr. Prov. 6: 26. propter אשה זונה mulierem meretricem (veniet homo) usque ad frustum panis, id est, ad extremam paupertatem: Quia meretrix, quæ ut Lucianus ait, primum, πρὸς τὸν ἦχον, τοῦ ἀργυρίου ἐρχεται, ad tinnitum argenti accurrit, deinde comest & absorbet amatorem, cum eum bonis & fortunis evertit, ut Plautus loquitur in Mostel. act. 1. sc. 1. imo acerrimè atque astuose absorbet, ubi quemque attigit, idem Accius ait in Bacchid. act. 3. sc. 3. ferè ut Palæphatus in fabula de Actæone dicit, δειλὲ Ἀκταίων, ὅς ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν κατεβρώθη, ἐπεὶ περ καὶ νῦν πορνόβοσκων δυσυχήσεις εἰώθασι λέγειν, ὅτι ὑπὸ τῶν πορνῶν κατεβρώθη, i. e. Miser Actæon, qui a propriis canibus es comestus: haud aliter ac Lenonem infelicem solent vocare, quod a meretricibus sit consumtus. Paleph. de incredib. pag m. 18. edit. Tollii 1649. in bibliis Lutheri typ. 1611. in margine allegati loci Prov. 6: 26. uti & in Glossa bibliorum Magdeb. A. 1578. hæc lego,

Wie hem met hoeren generet,
En met karren veret,
Dien is ongeluk bescheret.

Sed hæc in transitu, Sic pro meretrice occurrit

fit hæc vox זונה Prov. 23: 27. fovea profunda est
 זונה meretrix & puteus angustus aliena, confer
 quoque Prov. 29: 3. sic Jes. 1: 21. Quomodo ef-
 fecta est זונה meretrix urbs fidelis, sic Ezech. 16: 33.
 & Cap. 23: 44. congregatur cum ea, ut congregatur,
 quis זונה אשה אל cum muliere scortante, sic Jer. 5:
 7. adulterantur & turmatim conveniunt בית זונה in
 domum meretricis. Belg. in't hoerenhuys, & sic pas-
 sim in sacris paginis, unde שירת זונה canticum
 meretricis, Belg. een hoerenliedt, Jes. 23: 15. quod
 Ælianus dixit μέλ & μὲν V. H. lib. 9. cap. 38.
 זונה שיה ornatus meretricis, Belg. hoeren verciersel
 Prov. 7: 10. אהנן זונה, hoerenloon Deut. 23: 18.

§. 5. Objiciunt quidam cum Rabbi Jona
 locum Joel. 3: 3. ויתנו את-הילר בזונה, quæ ver-
 ba sic tum vertunt, & dabunt, vel, dederunt pue-
 rum pro cauponaria: at nulla ratio est, quare hic
 ab usitatissima recederemus significatione, &
 dederunt puerum pro meretrice, i. e. ut R. Aben-
 Esra ad h. l. dicit, ויתנו הילר הישראלי במחיר
 זונה בעבור זנות: i. e. dabunt puerum Israëli-
 cum loco pretii meretricis propter scortationem. Chal-
 dæus quoq; dicebat, באגר זניתא pro mercede me-
 retricis, i. e. vilissimo pretio. Grotius dicit, pue-
 ros Judæos donarunt meretricibus, vice pe-
 cuniæ, ut Phædria Eunuchum Thaidi. At
 Piscator hic intelligit puerum bello captum: quic-
 quid sit, plurimi commentatores hic זונה pro
 meretrice accipiunt, uti & nullam rationem
 video, quare Jud. 1: 1. זונה בן-אשה aliter inter-
 pretaremur, quam filius mulieris meretricis, vel

ut Belgæ nostri uno vocabulo dicunt, *een hoer-kindt*, quomodo Jephtha ibi appellatur. Sed objicit pro contraria sententia Piscator I. Reg. 3: 16. ubi זונות זשׁים vertit *duas mulieres cauponas*, *que*, ut ex Francisci Junii notis commentatur, *simul apertè cauponariam exercebant*, *clam verò specie cauponæ meretriciam*, *nam publicas atque famosas meretrices fuisse*, *credibile non esset*; *cum quia regnum inde a temporibus Davidis bene constitutum erat*: *tum quia non fuissent ausæ coram Schelomone Deum amante* & *tum adherente Legi*, *ad agendum causam suam comparere*. Porro addit Piscator, *nescio, an Latine dicatur, MULIER CAUPONA pro eo quod est, cauponaria vel caupa, qua posteriore voce utitur Apulejus*. In editione tamen Apuleji Lugd. Bat. 1588. legitur lib. 1. *Metam. p. 4. § 5. bis caupona*, & sic constanter, dicit Geverhartus Elmenhorstius in *Emendat. ad Apulejum pag. 130.* *habent omnes scripti & editi*. Solus Scaliger legit *caupa*; sed male: nam *caupona* significat tam mulierem, quæ vinum & esculenta venui habet, quam ipsam tabernam vinariam, ut Papias notat in *Gloss. manuscriptis*. Et licet Piscator conjiciat hæc mulieres, hic ad Salomonem venientes, *apertè cauponariam non exercuisse*, concedit tamen, *clam specie cauponæ meretriciam exercuisse artem*, ut in tali vitæ genere sæpe fieri experientia docet, quod clam agant, & per consequens *meretrices fuisse*, uti plurimi credidere commentatores. Apud

Flavium Josephum antiq. Jud. lib. 8. cap. 2. pag. m. 256. edit. gr. Lat. Col. 1691. appellantur δύο γυναῖκες ἑταῖραι τὸν βίον, i. e. dicit Grotius, extraneae, non comprehensae Lege, Deut. 23: 17. sed in illo loco expressè mentio fit meretricis, & ἑταῖραι τὸν βίον non puto vertendum esse extraneae, sed mulieres quasi meretricii, notum enim est, quod ἑταῖραι apud Græcos sæpe sint meretrices: ut non tantum apud Plutarchum, sed perpetuo apud Lucianum, imo etiam apud Demosthenem pag. m. 729. ἐρῶν τῶν ἑταίρων ἀμᾶρ meretriculas. Et hoc quidem more Atheniensium, vel scriptorum Atticorum, qui rem turpem vel odiosam specioso solebant exprimere nomine, ut alibi fufius notavi, deinde ante βίον subintellige κατὰ, adeo ut sensus sit, duae mulieres, quod vitæ rationem attinet, meretrices.

§. 6. Et ut זונה semper in Bibliis notat meretricem, sic verbum זנה semper quoque notat scortari, vel meretricari, uti & semper a Belgis nostris vertitur hoereeren, a LXX. Interpretibus plerumque πορνείειν, ἐκπορνείειν, exceptis tribus locis, ubi videntur differre. Nam Jes. 23: 17. ubi de Tyro loquitur Deus, זונה, scortabitur, LXX. dicunt καὶ εἶσαι ἐμπόριον, tamen non differunt, quia ipse contextus docet, hic respici ad mercaturam spiritualem, seu metaphoricam, qua Tyrus, ut meretrix comta, alliceret populos. Sic non valde differunt, quando Levit. 20: 5. nostrum verbum

ⲛⲓ vertunt per ὁμονοέω, *concordo*, cum statim
 addunt ὡσεὶ ἐκπορευῆσαι, quo verbo fati indi-
 cant, qualem consensum hic intelligunt. At
Jud. 19: 2. videntur nimium differre, cum
 verba textus sacri וְהָיוּ עִלְיָהּ פִּלְגָשִׁים, quæ
 proprie sonant, *Et fornicata apud eum concubi-
 na ejus*, sic reddunt, ut in edit. Alex. Oxon.
 Aldin. Complut. & Hamburg. legitur ὡργισθῆ
 αὐτῷ ἢ παιδακῆ αὐτοῦ uti & Hieronymus in *Com-
 ment. ad Mich. cap. 5. pag. m. 182. oper. Tom. 6.*
 quoque habet, *Et irata est ei concubina sua.* In
 Vaticana tamen editione legitur καὶ ἐπορευθῆ
 ἀπ' αὐτοῦ ἢ παιδακῆ αὐτοῦ, *Et ivit, vel, profecta
 est, ab eo concubina ejus.* Fortean priores græ-
 cæ versiones respexerunt Chaldæum interpre-
 tem, qui vertit וְבִסְרָתָא, *Et spreuit vel contemp-
 sit*, qui enim alicui iratus est, spernit seu con-
 temnit eum, imo abit, discedit ab eo, unde
 Vaticana lectio potest habere, ἐπορευθῆ, *pro-
 fecta est*, nisi fortean pro ἐπορευθῆ scriptum sit
 ἐπορευῆθῆ, *scortata est*, ut magis concordet
 cum textu sacro, quem Belgæ nostri rectè
 vertunt, *maar zyn bywyf hoereerde, by hem zyn-
 de: uti & Lutherus, und da sie hatte neben ihm
 geburet, & sic Arabica, & Syriaca quoque
 habent fornicata vel scortata est.* Et sic scorta-
 ri Græcis non tantum dicitur πορευεῖν; sed
 etiam πορευεσθαι, ut ex Luciano, Athenæo,
 ac Demosthene ostendi posset: Et uti sic
 multi Aoristi passivi activè occurrunt, ut
 ἐβουλήθη decrevit *Matt. 1:19.* ἐπορευθῆν, *profe-*

Etus fui Matth. 2: 8. 9. ἐφοβήθη, timui,
 Matth. 14: 5. Ἐσ. sic dici potest ἐπορευέ-
 θη, scortata est, pro quo librarius facile, omisso
 ν, scribere potuit ἐπορεύθη, ut in Vaticana
 editione, & in ea, quæ in bibliis Polyglottis
 est, legitur. Cum igitur vox רחב ubique serè
 scortum significat, dicit Calvinus ad Jos. 2: 1.
 nulla ratio cogit a recepto usu discedere. Nec
 omnino verum est, quod Casaubonus ait,
 vocem zonah apud Hebræos æque Cauponam
 ac meretricem significare, vide not. ejus ad Theo-
 phr. Char. pag. 184.

§. 7. Sed fuisse Rachab meretricem patet
 non tantum ex voce רחב; sed etiam ex voce
 πόρνη, quâ vocabulum רחב vertitur non tan-
 tum a LXX. interpretibus; sed etiam a duo-
 bus viris Θεοπνεύσις, Paulo ac Jacobo, Hebr.
 11: 31. & Jac. 2: 25. Quidam vocem πόρνη, ut
 & πόρνη, scortator, cum Suida derivant παρὰ
 τὸ πόρρω γενεῖν quod longè nuat, & oculorum
 nutu vel eminus suam libidinem significet.
 Suida Lexic. Tom. 2. 2. pag. 511. edit. Æm. Porti.
 Alii volunt, quod πορνεία dicatur, διὰ τὸ πυ-
 ροῦν τῆν νεότητά, quod urat juventutem, vel διὰ
 τὸ πηροῦν ἢ ὡς ἐκλυφλοῦν τὸν νοῦν, quod depravet,
 vel quasi occæcet mentem. Quæ omnia per se
 quidem vera sunt, & rectæ allusiones; at non
 verum etymon vocis πόρνης, quæ potius vide-
 tur derivari a præf. medii πέπορα, verbi πει-
 νᾶν, vendere, prostituere; unde meretrix est
 talis scæmina, quæ corpus suum prostituit,
 & libidini inserviens pecuniâ veluti vendit:

ut Latine *meretrix*, *mulier questuaria*, a *meritum*, ut *genetrix*, a *genitum*, vide Vossii *Ety-
molog. pag. m. 319.* Et hanc derivationem non
obscurè innuit sanctus Paulus, *1. Cor. 6: 20.* cum
enim *vs. 18.* dixerat *φεύγετε τὴν πορνείαν*, *fugite
scortationem*, jam *vs. 20.* dicit *ἢ ἡγοισάθητε γὰρ τι-
μῆς*, *pretio empti estis*, nempe pretioso sanguine
Christi, *1. Petr. 1: 19.* idcirco, vult Apostolus di-
cere, non possunt fideles corpora sua prosti-
tuere, aut facere membra scorti, ut *vers.
15.* ait.

Hinc semper *πόρνη* apud Demosthenem
ac alios græcoscriptores notat *meretricem*, aut
scortum, & non *tabernariam*, aut *venditricem*
ciborum; sed potius talem *venditricem*, quæ
corpus suum vendit, uti & omnia derivata ab
hoc vocabulo indicant, sic enim a *πόρνη*, est
πορνίδιον meretricula, *scortillum*, apud Aristopha-
nem in *Nubib. act. 3. sc. 3. pag. 144. edit. Scaligeri.*
Inde porro *πορνεία*, *scortatio*, *impudicitia*, *πορνε-
κός*, *meretricius*, *πορνείον*, *Lupanar*, locus ubi me-
retrices degunt, ac se prostituunt, ut Suidas
ex Aristophane notat, inde *πορνογενής*, *spurius*,
πορνοκόπος, *Lenocinator*, *πορνοδύτης*, *ganeo*, quia
ad *πόρνας* δύνει *πορνοβόσκος*, *leno*, apud Demosthe-
nem *pag. 521.* ut & *πορνοβοσκείν*, *lenocinium ex-
ercere*, & *πορνοβοσκείον*, *lupanar*, imo inde vox
porne, *tit. de consulib. in Novell. §. ac primus
quidem*, exponuntur ludi scenici, sic dicti a
productione meretricum in scenam, comme-
morantur inter *spectacula*, quasi *Floralia*,

quæ per meretrices & perditissimorum hominum genera celebrabantur, ut Calvinus annotat in Lexico juridico pag. m. 716. ex quibus omnibus & vis & usus vocis $\pi\acute{o}\rho\eta\tau\iota\varsigma$, id est, meretricis, patet.

§. 8. Nec favet versio Chaldaica fautoribus contrariæ sententiæ, quod patebit, si usum vocis Chaldaici Interpretis penitus introspiciamus. Ita ergo Targum Jonathan *Jos. 2: 1.* dicit, ואילו ועלו לבית אתחא פונדקיתא ושמה: *i. e.* $\text{\textcircled{S}}$ abierunt $\text{\textcircled{S}}$ adscenderunt in domum mulieris PHONDEKITA cui nomen erat Rachab, in qua decubuerunt, utitur porro Chaldaeus eadem voce *Jos. 6: 17. 22. 25.* uti & *Jud. 11: 1. & 16: 1.* Quæritur hic, quid Jonathan intellexerit per אתחא פונדקיתא mulierem phondekita. Latina versio, quæ extat in bibliis Polyglottis, habet, in domum mulieris Cauponaria. Buxtorf. in Lexico Rabbinico, quoque vertit, in domum mulieris cujusdam caupone. Nolo jam disputare, an derivari debeat hæc vox a פנר, unde פונרא, vel פונדה, funda, cingulum, marsupium, instar retis factum, in quo pecunia & alia geruntur, ut Buxtorfius in Lexico, & David Cohen de Lara de convenientia vocabulorum Rabbinicorum cum Græcis pag. m. 68. annotant; non plane alienus esse ab iis, qui putant hanc vocem פונדקיתא Phondekita, vel פונדקית Phandakit, eandem esse, cum Græco $\pi\alpha\upsilon\delta\omicron\kappa\epsilon\upsilon\tau\epsilon\iota\alpha$ uti & פונדקי phondaki, cum $\pi\alpha\upsilon\delta\omicron\kappa\epsilon\upsilon\varsigma$, vel $\pi\alpha\upsilon\delta\omicron\chi\epsilon\upsilon$, vul-

vulgò *caupo*, *hospes*, *vinum*, vel, *esculenta vendens*, & sic פונדק *phondak*, πανδοκειον vel πανδοχειον, vel πανδοκειον, *taberna*, *diversorium*, ut David Cohen de Lara quoque annotat. Inde jam concludunt quidam, Paraphrasten Jonathanem deduxisse vocem זונה, non a זנה *scortatus est*; sed a זון, *alere*, *cibare*, & Rachab fuisse *hospitam*, aut *esculentorum venditricem*, ut Rabb. Sal. (b) Jarchi, contracte Raschi dictus, אשה זונה תרגם יונתן פונדקיהא, מוכרת מיני מזונות; id est, *Ischa zonah*, Targum Jonathan reddit *Phondekita*, *quæ talis fœmina est, quæ varios cibos vendit*. Sed ut Theophrastus πανδοχεῦσαι cum πορνοβοσκῆσαι conjungit & ad αἰσχρὸν ἐργασίαν refert charact. Ethic. cap. 6. p. m. 20. sic πανδοκεύτρια Græcis adeo malè audit, ut æque pro *meretrice*, quam pro *caupona* possit accipi. Vide quæ Casaubonus ad locum allegatum Theophrasti notat. Hinc Johannes Fungerus in Lexico Philologico ait, pag. m. 475. *Paraphrastes ut nomen meretricis vitaret, pudicisque parceret auribus, hanc vocem (Pandekitha) usurpavit, non ut rem ipsam dissimularet, atque pro muliere meretrice tabernariam induceret, nam plerisque aliis locis idem ab illo verecundiæ gratia factum esse constat. Saltem hoc certum est*

(b) Minus autem accurate id fieri, à multis pridem observatum est. Cum enim ejus nomen sit Rabbi Salomo filius Isaaci, illud רש"י non recte explicatur, Rabbi Salomon Jarchi, sed R. Salamon יצחקי, i. e. filius Isaaci, s. Isacides. T. d. H.

est, Chaldæum interpretem per זונה non propriè intellexisse *cauponam*, vel *mulierem tabernariam*; sed *meretricem*, quod exinde patet, quia hanc vocem זונה non ubique vertit פונדקיתא sed aliquando per זניתא, i. e. *meretrix*, ut *Deut.* 23: 18. *Hof.* 4: 14. *Mich.* 1: 7. *Joel.* 3: 3. *Prov.* 6: 26. & 23: 27. aliquando talibus vocibus, quibus describitur *meretrix*, vel *adultera*, ut טעיהא *oberrans*, *Jes.* 1: 21. a טעה *errare*, metaphorice *scortari*. Sic etiam per מטעיהא, quoque *meretrix*, vel *adultera*, aut *oberrans*. *Levit.* 21: 7. sic & per נפקא *egrediens*, *discurrens*, *vaga vagatrix*, vel *femina scortatrix*, cujus proprium vagando varietatem libidinis quærere, cum contra casta domi resideat, domestica curans, ut Buxtorfius loquitur in *Lexic. Talm.* col. 1373. & sic occurrit jam *Gen.* 34: 31. *an sororem nostram faciet הכונה sicut scortum?* Targ. Jonathan ibi habet הכנפקת ברא *an sicut exeuntem foras*, vide plura ad Buxtorfium *Loc. alleg.* uti & *Ezech.* 16: 31. 41. unde patet Chaldæum in vertenda voce זונה non respexisse ad verbum זון, *alere*; sed ad זנה *scortari*. Hinc varii Judæi hanc Rachab quoque meretricem fuisse dixere, & vocem זונה non aliter explicavere, ut Rabbi Kimchi, qui in שורשים, seu *libro Radicum* col. 127. secundum Raschi sententiam quidem dicit, quod Targum Jonathan videtur accepisse זונה ad formam טובה, ac significare פונדקיתא *mulierem vendentem cibum*; verum statim etiam secundum

dum nostram sententiam dicit, Jonathan videtur vere intellexisse זונה meretricem, solet enim זונה frequenter explicare pondikitha. Inde etiam interpretatur זונה per פונדקא pondekā, & quandoque זונה per נבקה ברא נבקה בר א mulierem exeuntem foras, ubi nullam aliam intelligit, quam meretricem, quia meretrix est similis cauponaria, quæ se omnibus prostituit. Abarbanel in comment. ad Jos. 2: 1. quoque consentit, cum scribit, Targum Jonathan זונה interpretatur per pondekitha, & interpretes existimant, quod fuerit meretrix. Et puto, quod Jonathan, ben Uziel, non irritam reddat explicationem interpretum, propterea omnis fœmina pondekitha propter multitudinem hominum conversantium cum ea in domo, alter ibi, alter alibi, facile fieri potest זונה meretrix, facile enim accidit, ut quidam eam subigat, quia & illa ipsa ad eum inclinatur: quia etiam multæ fœminæ hoc vitæ genus sequentes, jam ante eam meretrices fuerunt.

§. 9. Sed putant multi viri docti, hanc Rahab non fuisse publicam meretricem, quia Salmon, filius Principis in Israël eam uxorem duxit. Hæc opinio inde oritur, quia putant, hanc mulierem meretricem Rahab fuisse illam, cujus mentionem Matthæus facit in Genealogia, Christi Sospitatoris nostri: Et hanc ultimam sententiam statuunt fere omnes Viri Theologi, tam veteres quam recentiores. Solus Theophylactus videtur dubitare, cum dicit, putant quidam Rachab fuisse Raab scortum, quod Erasmus quoque observabat in

annotat. ad Matth. ubi scribit, *Theophylactus* dubitare videtur, an hæc fuerit *Rhaab*, quæ exceperit explicatores *Hebræos Hierichonte*, sic enim loquitur, putant quidam.

Alias omnes (e) absque scrupulo statuunt, *Rachab*, ex qua *Salmon* genuit *Booz*, & *Raab* meretricem *Hierichuntinam* fuisse unam eandemque mulierem: addentes porro eam matrimonio junctam fuisse *Salmoni*, qui filius fuit *Naheffon* principis tribus *Judæ*, *Num. 1:7. 1. Chron. 2: 10. 11.* Imo *Judæi* adhuc alia mira de ea nobis narrant, nempe profelytam factam nupsisse *Josux*, octoque prophetas & totidem sacerdotes ex ea ortos esse, ut *Ligtfootus* annotat ex *Gemara Babylonica in hor. hebr. ad Matth. 1:5. oper. tom. 2. pag. 248.* Et sic *Kimchi in Jos. cap. 6: 25.* dicit, *יש וב דרש כי יהושע לקח רחב לאשה*, extat etiam expositio, quod *Josua Rahab* in uxorem duxerit, addens, quod *Rabbini* illud indicari putant voce *החיה* in vita conservavit. Et licet scriptum sit de septem gentibus, non matrimonium contrahes cum ipsis, respondent *Rabbini*, dicit *Kimchi*, *Rahab* & familiam ejus fuisse peregrinam in illa terra, & non per-

(e) Dubitavit tamen quoque ea de re præstantissimus *Josuae* Interpres *Andr. MASIUS*, cujus Verba ad *Jos. 11: 1.* hæc sunt. *Si Raab nupsit aliquando Davidis abavo, (quod nostrorum quidam opinantur, sed nominis sola similitudine, conjectura non satis bona ducti,) multo natu minor fuerit necesse est. T. d. H.*

pertinuisse ad septem gentes illas Cananæas. Ita etiam legitur in libro *Juchasin*, fol. 10. a.
 םַרְחַב שְׁנֵשׂאָה יְהוֹשֻׁעַ לֹא הִיָּחָה מִזֵּי עַמִּים i.e.
Rahab, quam duxit *Josua*, non fuit de septem gentibus. Et in *Chamesch Megilloth R.* fol. 42. col. 6. dicitur, quod sunt, qui dicunt, super eam habitasse רוח הקדש Spiritum Sanctum, quandiu *Israelita* non ingressi sunt in terram sanctam, unde enim ea scivit, quod (exploratores) illi tertio die redituri sint? inde cognovit, quia Spiritus S. habitavit super ea.

§. 10. Et cum *Jos. 2: 4.* de Raab dicitur,
 Ⲅ suscepit mulier ista duos illos viros, וְהִצְפִּינוּ Ⲅ abscondidit ipsum pro utrumque, vel unumque eorum. vel כל אחד quemvis separatim, ut *Kimchi* ait, de qua loquendi ratione vide *Glassium Philolog. sacr. lib. 3. tr. 2. can. 17. pag. m. 726.*
 Rabbinici dicunt, Raab tantum unum exploratorem abscondidisse, quia *Pinehas* alter explorator ei dixisset,
 אָנִי כֹהֵן וְהַכֹּהֲנִים נִמְשְׁלוּ לְמַלְאָכִים שָׁנָיִךְ שֶׁפָּתִי כֹהֵן יִשְׁמְרוּ דַעַת וְתוֹרָה יִבְקְשׂוּ מִפִּיהוּ כִּי מַלְאָךְ יִצְבְּאוּ הוּא וְהַמַּלְאָךְ
 ego sum sacerdos, sacerdotes vero similes sunt angelis, quia dictum est, *Labia sacerdotis custodiant scientiam, & legem quærat quisque ex ore ejus, quia ille est angelus Dei Zebaoth.* Angelus vero, si voluerit, videtur, & si non voluerit, non videtur, ita fabulantur Rabbinici in *Tanchuma ad Sect. Schlach lecha fol. 79. col. c.* & sic referebat mihi nuperrimè Rabbi quidam, se, ac suos Judæos firmiter credere,
 hunc

hunc exploratorem se invisibilem tenuisse, cum regis ministri venirent ad quærendum eos exploratores. Sed audiamus adhuc aliam traditionem Judæorum de hac Raab, quæ extat in libro ילקוט, *Jalkut*, seu *Pera Rabbinica*, plena variis commentariis in tota Biblia, collecta a רשמעון הררשן, Rabbi Schimeone Concionatore, 2. fol. 3. col. a. ubi ita legitur, dicunt, *Rahab egit decimum annum, cum Israëlita ex Ægypto exirent* ונתה Ⲅ scortata est integros 40. annos, quibus Israëlita vixerunt in deserto. Tandem anno quinquagesimo amplexa est religionem Judaicam, dixitque ad Deum *Benedictum: Domine totius mundi, ego tribus peccavi contra te*, בנרה בטהרה ובהרלקה *immundicia, vel impuritate menstrua, placentia, seu collyra*, (de qua vide Buxtorfii *Lex. Talm. col. 767.* (Ⲅ accensione *Lucernæ, seu Luminis Sabbatini*,) propter quæ tria peccata Talmudici quoque dicunt mulieres mori tempore partus, tradente Buxtorfio in *Lex. Talm. col. 542.*) *ob tres res mihi etiam condonatum est*, בהבל propter funem, (quo demisit exploratores) בחלון propter fenestram, (per quam nempe demisit eos) ובהומה Ⲅ propter murum, super quem Rahab exploratores demisit. Ita fabulantur Judæi de hac Raab.

§. II. Et optandum esset, ut Christiani מפרשים nunquam incerta de ea commentati essent: nullus enim jam ferè dubitat, quin Salmon duxerit hanc Raab, ac genuerit ex ea Booz. Ita auctor operis imperfecti inter
opera

opera Chrysoftomi tom. 2. pag. 480. ad Matth. cap. 1. hom. 1. dicit, cum esset Salmon nobilis inter filios Israël, & quia de tribu Juda erat, & quia filius principis, vidit Raab fidelm sic conversam ad bonum & a Deo dilectam, & deductam de Hiericho secundum præceptum Dei, & computatam inter filias Israël, quasi magnam illam aliquam constitutam meruit accipere. Allegat hæc verba Jacobus Laurentius Ecclesiastes Amstelodamensis Anno 1644. in Comment. ad Jacob. 2: 25. ubi addit, voluit scilicet Salmon hæc ratione hanc Raab honestare propter ingens beneficium ab ipsa præstitum toti populo Israël. Defendit hæc sententiam adhuc Vir Clar. Joh. D' Outrein, quoque apud Amstelodamenses dignissimus ἑρμηνευτὴς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, & adhuc florens, in commentariis suis Belgicis in epist. ad Hebr. tom. 3. pag. 480. ubi expressis verbis de hac meretrice Raab dicit, Gelyk se naderhandt nog is getrouwdt aan een van de Vorsten van Juda, Salmon genaamdt, en alzo de moeder is geworden van Boaz, en vervolgens van Gbed, Jesse, David, en eindelyk van den Messias zelfs. i. e. sicuti postea nupsit uni principum Judæ, Salmon nominato, & sic mater facta est Baozi, & per consequens Obedi, Jesses, Davidis, tandemque ipsius Messie, & pag. 475. ubi rectè probat, hanc Raab Hierichuntinam fuisse meretricem vi vocis רזוּת, & πόρνις, pro argumento altero addit, wat nadruk zoude het anders hebben, dat zy, zoo in Christus geslachtregister, als hier ter

Glass, III, Fasc. III. Gg plaats,

plaatsse (Hebr. 11: 31.) en Jac. 2: 25. geduurig met dien bynaam bestempeldt zoude worden, in dien het enkel beteeckende eene weerdinne? i. e. quam emphasin alias haberet, quod tam in Genealogia Christi, quam hoc loco (Hebr. 11: 31.) & Jac. 2: 25. semper hoc epitheto, (scil. πῶς) exprimeretur, si tantum hospitam significaret? Addens porro, maar nu is er die nadruk in, dat zy zoo wel, als de bloedschendinge Thamar en de Overspeelige Bathseba in de geslachtlyst van Christus vermeldt staat, &c. i. e. at jam ea inest emphasis, ut illa, æque ac incestuosa Thamar & adultera Bathseba in tabula Genealogica Christi annumeretur &c.

Scio hanc fuisse sententiam veterum ac recentiorum Theologorum, dantium hujus rei hanc rationem, ut appareret, Christum de peccatricibus nascentem omnium peccata delere, uti Cel. Momma in hist. Patriarch. lib. 3. cap. 4. §. 343. ex Hieronymo argumentatur: ita enim Hieronymus ad Matth. Cap. 1. oper. tom. 9. fol. m. 7. a. loquitur, in genealogia Salvatoris nullam sanctarum assumi mulierem, sed eas, quas scriptura reprehendit: ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Ruth tamen, ut hoc in transitu notem, nullibi in sacris reprehenditur, vel notatur, ac si impudicitie labe commaculata esset; sed è contrario laudatur, ut ex historia ejus discimus.

§. 12. Sed jam ad rem ipsam: tria igitur hic statuuntur, & à Cel. d' Outreinio expressis

ver-

verbis dicuntur, quæ, sit hoc absque ulla læsione bonæ famæ Viri Cel. dictum, nunquam ex sacra scriptura probari possunt.

1. Nusquam in sacra historia dicitur, Salmon duxisse illam meretricem Hierichuntinam Raab uxorem; sed merâ conjecturâ nititur hæc sententia, quæ præterea indissolubiles involvit difficultates in chronologia, ut omnes ferè confessi sunt viri Theologi. Legitur quidem in historia Josuæ de hac meretrice Raab, quod post deletam urbem Hiericho Jehoschuah illam *vivam conservavit*, & *quod habitavit inter Israëlitas usque in diem hunc.* Jos. 6: 28. at nuptam fuisse Salmoni, filio principis Nahesson, nullibi in tota sacra scriptura extat, multò minus probari potest eam profelytam justitiæ factam subiisse vincla jugalia Josuæ, Rabbini tradunt.

2. Probari quoque non potest, hanc meretricem Raab in genealogia Christi Sospitatoris nostri numerari, ut Piscator *in observat. ad Jos. 6: 28.* quoque hisce dicebat verbis, *ac denique in numerum progenitorum Christi pervenit.* Hoc iterum ex illa improbabili statuitur hypothesis, hanc Raab meretricem nupsisse Salmoni, eandem esse, cujus Matthæus Cap. 1: 5. mentionem facit.

3. Aperte falsum est, quod Rachab epitheto *רַחַב* in genealogia Christi recenseatur. In historia Josuæ illa mulier Hierichuntina, nomine Raab, quidem vocatur *רַחַב הַיְרִיחוֹ*,

γυνή πόρνη, Ραάβ πόρνη, *Jos. 2: 31.* & a Jacobo cap. 2: 25. at in genealogia Christi nullibi vox πόρνη reperitur: nam Matthæus tantum dicit Σαλμων δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ραχάβ, *Salmon vero genuit Booz ex Rachab.* Ergo dici non potest, illam ea emphasi ac si meretrix fuisset, in genealogia Christi recenseri.

§. 13. Nullus igitur dubito, quin Rachab, ex qua Salmon genuit Booz, planè alia fuerit mulier, quam Raab meretrix illa Hierichuntina, ob has sequentes rationes.

κ. Quia mulier illa Hierichuntina tam in historia Josuæ, quam a Paulo ac Jacobo semper epitheto πόρνης designatur, vel exprimitur, ut *Jos. 2: 1. miserat Jehoschuah duos viros exploratores, qui abeuntes venerant in domum τῆς πόρνης γυναικὸς πόρνης mulieris meretricis, sic Jos. 6: 17. erit civitas ista anathema Ἐσ. tantum Raab meretrix vivet, LXX. πλὴν Ῥαάβ τὴν πόρνην, sic vs. 22. & 25. sic Hebr. 11: 31. ubi ejus fides laudatur, dicitur, πῖσει Ῥαάβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο Ἐσ. per fidem Raab meretrix illa non periit una cum iis, qui non obedierant, quum pacifice excepisset hospitio exploratores, & tandem *Jacob. 2: 25. ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαάβ ἡ πόρνη Ἐσ. similiter autem etiam Raab illa meretrix, annon ex operibus justificata est, quum excepisset nuntios, Ἐσ alia via emisisset.* At in Genealogia Christi non dicitur πόρνη, meretrix, sed tantum Ραχάβ, Rachab: ergo diversæ fuerunt mulieres.*

§. 14. 2, Quia diversa scriptione earum nomina

mina exprimuntur; nam meretrix Hierichuntina tam apud LXX. interpretes, quam apud Paulum & Jacobum, dicitur $\rho\alpha\alpha\beta$, Raab; at uxor Salmonis, mater Boazi, vocatur apud Matthæum $\rho\alpha\chi\alpha\beta$ Rachab Matth. 1: 5. ergo datur differentia nominis vel nominum apud Matthæum & alios Apostolos, Paulum & Jacobum. Et si quis objiceret, Matthæum scripsisse $\rho\alpha\chi\alpha\beta$, Rachab, quia Hebræis dicitur רחב , Rachab, per aspirationem ח , vulgò *ch*, vel *hb*, quam aspirationem Græci per χ , *ch*, exprimunt, ut Erasmus quoque observat, & scriptum legisse dicit nomen Rachab in codice insigni in Bibliotheca illustrissimæ D. Margarethæ filiaë Maximiliani Imp. &c. ei tunc repono, quare tum LXX. interpretes, uti & Paulus & Jacobus quoque non scripsere $\rho\alpha\chi\alpha\beta$, Rachab, sed $\rho\alpha\alpha\beta$, Raab, si non diversæ fuissent mulieres? Si necessariò hebraicum nomen רחב exprimendum esset græcis literis $\rho\alpha\chi\alpha\beta$; quare tum LXX. & Paulus & Jacobus vitiosè scripsissent $\rho\alpha\alpha\beta$? At nullus dubito quin viri $\theta\epsilon\omicron\tau\tau\upsilon\epsilon\upsilon\varsigma\omicron\iota$ Matthæus, Paulus & Jacobus ita diversimodè scripserint, ut nempe exinde quoque disceremus distinctionem inter Raab & Rachab.

§. 15. 1. Quia non probari potest, meretricem Hierichuntinam nupsisse Salmoni, Patri Boazi, saltem non ex historia Josuæ, in qua ne $\gamma\pi\upsilon$ quidem de tali matrimonio reperitur; merâ conjecturâ hoc concluditur ex

verbis Matthæi, quod *Salmon genuit Boazum* ἐν τῆς Ραχαβ, ex *Rachab*. Quæ ultima verba in codice Evangeliorum in collegio Gonvilli & Caji Cantabrig. a non reperiuntur, forte àn ex incuria scribæ, ut Millius annotat. Cel. Coccejus *Matth. 1: 5.* fatetur, hanc historiam non haberi in *Vet. Test.* cum ait, *etiamsi hæc historia non habeatur in Vet. Test. est tamen ex traditione.* scil. Salmon duxisse uxorem *Rachab*, eamque thalami sociam accepisse; at iniisse lecti socialia jura cum meretrice *Raab*, nullibi extat, nec ex ulla traditione dignæ fidei probari potest. E contrario ex historia sacra concluderem, Salmon non duxisse meretricem *Raab*, quia *Jos. 6: 25.* dicitur, *itaque Raab meretricem & domum patris eju, & quæcunque habebat vivere fecit Jehoschuah, habitavitque in medio Israël usque ad hunc diem.* Si tunc, vel postea hæc meretrix *Raab* iniisset foedus socii tori cum *Salmone*, viro nobili & filio Principis tribus *Judæ*, utique aliquantulum ejus notabilis rei annotatum fuisset in sacra historia, quæ jam omnino de tali matrimonio tacet, & phrasi, *habitavit usque in hunc diem in medio Israël*, non obscure contrarium indicat: saltem de talibus connubiis ne γρὸ quidem sacra loquuntur pagina.

§. 16. 7 Credo, *Raab* meretricem non nupsisse *Salmoni*, ob indissolubiles difficultates, quæ alias inde in *Chronologia sacra* oriuntur, quæque difficultates multos viros Celebrerrimos ac doctissimos eo confugere eoë-

gerunt, ut dixerint, fuisse duos vel tres Boazos, cum scriptura tantum unius Boazi meminerit: unde tum sequitur, unum vel duos Boazos à Matthæo in genealogia esse prætermittos, ut Cel. Momma quoq; annotat *loc. allegat.* & ut Cel. Vitringa potius concedit, quam natiuitates ad tam propectas referre ætates. Vide epistolam Cel. Vitringæ ad me scriptam & typis datam in capite commentariorum meorum Belgicorum in librum Ruth, §. 12. ubi Vir Cel laudat, quod ego historiam Ruth retuli ad tempora Gideonis; tamen rotunde fatetur, difficultates in chronologia non posse tolli; quare ad hanc extremitatem confugit, ut duos vel tres statuât Boazos, uti olim Judæi & sic etiam Lyranus ac alii statuere. Vide de hac re *Comment. mea ad Ruth pag. 10.* Et si ad hanc extremitatem nolimus pervenire, necessario dicendum est Raab peperisse Boazum anno ætatis vel sexagesimo nono, ut multi statuunt, vel octuagesimo sexto, ut alii dicunt, & Boazum, Obedum, & Isai genuisse filios in ætate decrepita, ut Celeberrimus Spanhemius absque magno scrupulo concedit, ac suo modo demonstrat.

§. 17. Nam 1. Reg. 6: 1. dicitur, Salomonem tertium Regem in Israëlè cæpisse construere templum anno quarto sui regni, & anno quadringentesimo octuagesimo ab egressu Israëlitarum è terrâ Ægypti. Hinc subtractis

Gg 4

annis

annis, & moræ Israëliitarum in deserto per 40. annos, & vitæ Davidis, qui septuagenarius placido fine quievit, & quatuor adhuc annis regni Salomonis, comperientur intercessisse adhuc inter initium ingressus Israëliitarum in terram Canaan, & nativitatem Davidis, annos 366. quos annos si secundum calculum Spanhemii inter Salmon, Boaz, Obed ac Jesse dividamus, dicendum est, quod Salmon, cui decem annos in deserto adscribit, anno ætatis 76^{mo}, vel post ingressum in Canaan 66^{to}, genuit Boaz, & quod Boaz, Obed & Jesse genuerunt 100. ætatis suæ 100^{mo}, & sic hoc modo colligitur summa annorum 480. qui præterlapsi sunt ab egressu Israëliitarum ex Ægypto usque ad 4^{tum} annum ædificationis Templi, 1. Reg. 6: 1.

Moræ Israëliitarum in deserto	40
Salmon genuit anno post ingressum in terram Canaan	66
Boaz genuit anno ætatis	100
Obed genuit anno ætatis	100
Jesse genuit anno ætatis	100
David vixit annos	70
Quatuor anni ante structuram Templi	4
	<hr/> 480

Ex hoc calculo sequitur, si meretrix Raab nupsit Salmoni, eam peperisse filium Boazum anno ætatis suæ 86^{to}, quia Spanhemius huic mere-

meretrici ante ingressum in Canaan attribuit annos 20: Adde jam 20. annis istis 66. Salmonis post ingressum in Canaan, tum sequitur, Raab meretricem peperisse filium suum Boazum anno ætatis suæ 86to, uti sic Cel. Spanhemius loquitur, *Salmon anno 76, Raab 86. potuerunt gignere Boozum sub annum mundi 2560. vide Spanhemii hist. Vet. Test. Epoc. 4. §. 12.*

§. 18. Sed non cogitavit Cel. Spanhemius ex hoc calculo oriri aliam difficultatem, nempe dicendum esse, vel quod Boaz genuit non ætatis suæ 100mo, sed 119no vel 120mo, vel si Boaz genuit ætatis suæ 100mo, ut Spanhemius ait, tum sequitur, quod Raab peperit anno ætatis suæ 105to. Refert enim Vir Cel. uti ego quoque optimum Judico, historiam Ruthæ ac Boazi ad tempora Gideonis, *vide Comment. mea ad Libr. Ruth. p. 5.* Jam disputant quidam Chronologi de annis præterlapsis inter exitum Israëliitarum ex Ægypto & tempora Gideonis. Sed adscribamus jam cum Cel. Vitringa regi-
mini Josuæ & Seniorum post Mosen annos 25. *vide Vitringæ Hypotypos. hist. sacr. period. 4. §. 29. pag. 38.* tum a morte Mosis usque ad tempora Gideonis, annis servitutum inclusis, colligitur summa annorum 185. hoc modo,

Josua & Seniores post Mosēn gubernarunt	25
Othniel judicavit	40
Ehud judicavit	80
Debora judicavit	40

185

Si Boaz jam Centenarius genuit, ergo subtrahendi sunt 100. anni pro Boazo, & remanent 85. anni, quos Raab vixit ab ingressu in Canaan, usque dum Boazum peperit. Et quoniam Cel. Spanhemius huic Raab 20. annos attribuit ante ingressum in Canaan, ergo sequitur Raab peperisse Boazum anno ætatis 1050, vel si peperit Raab anno ætatis suæ 860, ut Spanhemius dicit, tum Boaz genuit Ao. ætatis suæ 1190 vel 1200, & non anno centesimo, ut Vir Cel. statuit.

§. 19. Ob has & alias difficultates, quæ ex aliorum doctorum Virorum supputationibus, prolatis in prolegomenis meis *Comment. libr. Ruthi*, sequuntur, quæque magis indissolubiles sunt, & quoniam ad illam extremitatem, quod tres fuerint Boazi, non libenter pervenirem, tutius judico, imo absque ullo scrupulo credo, illam meretricem Raab non nupsisse Salmoni; Sed Rachab, ex qua Salmon genuit Boazum & cujus solus meminit Matthæus in Genealogia Christi, fuisse aliam aliquam mulierem, fortè ex Juda. Et sic omnes effugimus difficultates, quæ alias in Chronologia sacra occurrunt: Et sic summam annorum, quorum

rum mentio fit 1. Reg. 6; 1. facile absque ulla magna difficultate possumus colligere, hoc modo.

Moræ Israëliitarum in deserto	40
Salmoni post ingressum in Canaan	79
Boaz genuit natus annos	95
Obed	96
Jesse	96
David vixit	70
Quatuor anni ante structuram Templi	4
fic colligitur summa	480

Et sic non opus est, adeo anxie inquirere, quando, vel quo ætatis anno Salmon genuit Boazum ex Rachab, vel quod annos nata fuit Rachab, quando peperit Boazum, quia alia fuit mulier, quam meretrix Raab, uti & doctissimus Momma ait, quosdam fuisse, qui *aliam fingeant Rachab, quam Hierichuntinam illam*, at quorum sententiam dicit nisi *merâ conjecturâ in hist. Patriarch. l. b. 3. cap. 4. §. 342.* Quod ultimum ego nego, quia non conjecturâ, sed rationibus jam prolatis hæc sententia fundatur, quæque sententia facile possunt expediri omnia illa incommoda, a quibus cæteræ premuntur sententiæ, ac supputationes in hac chronologia inextricabiles ac indissolubiles.

§. 20. E contrario dico, eorum virorum sententiam, qui Rachab & Raab unam eandemque faciunt mulierem, merâ niti conjecturâ; quia Rachab apud Matthæum non dicitur *πόρνη*, *meretrix*, uti Raab in historia Josuæ & a Paulo & Jacobo vocatur, & quia nullibi in historia sacra dicitur, quod Salmon duxerit Raab, meretricem illam Hierichuntinam, in uxorem. Qui ergo aliquid statuit, quod nullibi in sacra extat historia, ejus sententia utique nititur merâ conjectura. At qui dicit, quod *Salmon genuit Boazum ex Rachab*, ille non conjecturâ nititur; sed utitur expressis verbis Matthæi, *cap. 1: 5*. Tantùm quæstio est, an Rachab apud Matthæum sit eadem Raab, cujus in historia Josuæ & apud Paulum & Jacobum fit mentio. Jam rationes dedi, quare diversæ sunt dicendæ mulieres, & difficultates dantur, quare eadem esse non possunt: qui igitur contrarium statuit, ei incumbit probatio, vel dicendum est, quod ejus sententia solâ nititur conjecturâ: uti de hac sententia, Salmonem genuisse Boazum ex meretrice Hierichuntina Raab, dicendum est; quia nullibi in sacris paginis hoc dicitur, ergo merâ conjecturâ nititur, qui hoc quod nullibi extat, dicit vel statuit.

§. 21. Et quia jam non probari potest, meretricem Raab numerari in genealogia sacra Sospitatoris nostri, cadunt ergo omnes istæ applicationes, quas D. Hieronymus ac alii fecerunt, illam meretricem Raab idcirco cohonestatam esse a Salmone, ac assumtam in genealogia sacra, ut appareret, Christum de peccatricibus nascentem omnium peccatorum peccata delere. Quæ applicatio licet pia, & de Thamar ac Bathseba verè dici possit, quia illa expressè in genealogia nominantur, de Raab meretrice tamen haud dici potest, quia Matthæus in genealogia sua non meretricis Raab; sed Rachab, mentionem facit, quæ planè alia fuerit mulier, quam Raab, uti jam demonstravi.

JACOBI STAALKOPFF,
 ædis D. Georgii apud VISMARI-
 ENSES Pastoris & consistorii
 adfessoris,

VINDICIAE
 ORACULI PAULINI
 ad locum

ACT. XVII, 28.

detorsioni B. de SPINOZA oppositae.

SYNOPSIS.

§. I. Generatim impietas hostium Scripturæ depin-
 gitur. §. II. Ratio instituti indicatur. §. IV. & V.
 Caput XVII. Actuum Apostolicorum in compendio
 sistitur. §. VI. Verba Spinosa quibus ad Oraculum
 Paulinum Act. XVII, 28. provocavit, adferuntur.
 §. VII. Eadem Athei verba paraphrastice exponun-
 tur. §. VIII. Natura causæ immanentis & trans-
 euntis describitur. §. IX. Adfertionis Spinosa de
 Numine rerum omnium causâ immanente sensus
 traditur. §. X. De Spinozismo ante Spinozam
 obiter agitur. XI. XII. & XIII. Locus Paulinus paucis
 explicatur. §. XIV. & XV. Dissensus Pauli a Spi-
 noza monstratur. §. XVI. XVII. XVIII. & XIX. Pla-
 cita Athei de creatione excutiuntur. §. XX, XXI, &
 XXII. Cleanthis & Arati verba a Gentium Doctore
 laudata, Spinosa nequiquam patrocinari osten-
 ditur. §. I.

MAjestatem sacrarum mecum adtentius considerans litterarum, sapius sum miratus, profanissimorum revelationis divinae hostium, immaneem prorsus temeritatem, quam miseri homunciones isti, dum illotis manibus sacratissima Oraculorum beatissimi Numinis adyta, immodestius, quam par est, involant, & omnia pro libidine sua fingunt, refingunt, lacerant, detorquent, atque subsannant, omnibus in universum, vel aliquo saltem pietatis sensu gaudentibus, haut obscure exhibent palpandam. Ac illorum quidem, hisce imprimis temporibus, adeo largam passim reperire licet segetem, ut si omnes enumerare tantum animus esset, negotium laboris plenum, ac molestum satis, in me essem suscepturus. Pontificii quippe tot blasphemia sacras adversus Pandectas eructant verba, adeo ut majorem spirantia impietatem, vel ipsum ex orco evomere Satanam posse, vehementer dubitem. Fanaticos scripturam crepare litteram mortuam, nonnisi rerum experti omnium est ignotum. Antiscripturarios vero speciatim sic dictos, cum considero, totidem Lucianos, Celsos, Julianos & Porphyrios conspicerem mihi videor. Sive enim vesanum Prae-Adamitarum Plasten, Isaacum Peyrerium, sive impium status naturalis

ralis Opificem, Thomam Hobbesium, five denique maledictum illum Ovidium, Benedictum scilicet de Spinoza, mundum monstri plena apotheosi in DEUM mutantem, interrogare placeat, omnes uno respondebunt ore, libros praecipue veteris instrumenti, meras esse lacinias, antiquiorum scriptorum, quae omni divina careant inspiratione.

§. II. Praeterea quamplurimi id suarum esse partium opinantur, ut Numinis Benignissimi Oracula nasi instar cerei flectant, & pro arbitrio corrigant. Vel solus praefationis operibus Spinozae posthumis praemissae Autor, varias locorum Scripturae detorsiones nobis sistit, ad evincendam consensionem perditissimi mortalium Benedicti de Spinoza, cum Servatore nostro, ejusdemque Apostolis unice comparatas. De fascinati Bekkeri Orbe fascinato, idem ferendum esse judicium, ocularis illius probat inspectio. Neque mitiorem merentur sententiam nonnullae (a) observationum selectarum, quas orbi erudito Hala dedit Magdeburgica, cum & illae plurimis detorsionibus Codicis Sacri sint refertae. Certe, quemadmodum homo homini, ita pariter vulpes vulpi Diabolus esse videtur. Vulpeculae enim Hallenses, vineam DEI vastantes, adeo infensae sunt vulpibus Samsonis, ut easdem ex Judic. XV. proscribere sum-

(a) Quisquis haec legit, eum simul velim praefationis nostrae primae classis praefixae §. 13. conferre.

summo adnitantur studio. Profecto si fidem mereretur Autor libri Seder Olam inscripti (quem Franciscum Mercurium ab Helmont esse ferunt) explosam dudum, a Pythagora olim defensam animarum migrationem ex orco revocans, probabile admodum videri posset, Ovidii animam in observatorum concessisse corpora, quoniam vulpeculas in manipulos straminis, & maxillam, qua Samson Philistæos prostravit, in alacrem mutare exercitum nulli dubitarunt.

§. III. Missis observationibus hisce, ab eruditissimis quibusdam viris, solide confutatis, cum Spinosa in præsentis animus est paullo propius congregari. Ut vero scriptionem intra debitos coercere fines, solum saltem Oraculum Paullinum: *Per DEUM vivimus movemur & sumus* Act. XVII. commate 28. reperiendum, a detorsione illius, pro viribus liberare conabor. Faxit Arbiter orbis, ut feliciter cadat alea.

§. IV. Venerat Apostolus Thessalonicam, ibidemque in synagoga, passionem & resurrectionem Salvatoris nostri, Judæis adnunciaverat. Benignissimum quoque Numen, cuius res agebatur, laboribus Paullinis ex alto benedixerat. Lucas quippe vir θεόπνευστος Thessalonicensium haut paucos, Apostoli sermonem adprobasse testatur. Ast non diuturna hæc fuit Thessalonicæ felicitas. Maleferiati enim Apellæ, id unice summo conatu sunt moliti, ut in prima quod ajunt, herba

prædicationem evangelii suffocarent, semina evellerent, radicesque eliderent. Furor quo acti impotenter grassabantur, furibunda quoque ipsis suggerebat consilia. Hinc adscitis in societatem sceleris, quibusdam viris de fece vulgi, iisdemque quadrata rotundis miscere amantibus, omnia motibus & coitionibus undique replebant, & universam fere civitatem concutiebant. Idcirco saniores, qui Paulo & Silae favebant, ut horum incolumitati tanto rectius consuleretur, clam eosdem tempore nocturno dimiserunt. Profectus igitur Doctor Berrhoam, & illic erudire populum, esse suarum duxit partium. Sed neque hic Apostolo diu commorandi tempus concessit, Judæorum nil nisi eadem ac mortes spirantium insania, utpote quae nil quidquam ad mitiorem rediit faciem, sed indies potius majora cepit incrementa. Quapropter Berrhoam deserens, Athenas sedem illam litterarum florentissimam est ingressus, & nimiam incolarum idololatriam aegre admodum tulit.

§. V. Huic autem malo, ut medicas adhiberet manus, non solum in schola cum Judaeis, ac aliis pietati operam navantibus, crebros miscuit sermones, verum ipsummet pariter forum, differendi & docendi locum sibi selegit, ut integrum ipsi esset, omnium in universum qui illuc confluxerant, mentes, pulcherrimarum cognitione rerum

im.

imbuere. Nactus ergo etiam Philosophos quosdam auditores, alios quidem a porticu nomen sortitos suum, alios vicissim Gargetium senem, Epicurum sectae autorem venerantes, acriter cum iisdem est conflictatus. Offendebant enim illos, Apostoli de dulcissimo Salvatore nostro, & resurrectione mortuorum habitae dissertationes. Quare ut eo adcuratius ipsis de Pauli constaret sententia, in Arcopagum eundem deduxerunt, ut ibi plenius doctrinam edissereret suam. Noster in re ardua & maximi plane momenti, tacere, indecorum ratus munere quoungebatur amplissimo, Athenienses circa initium orationis, nimiae postulat superstitionis, & ut majorem dictis conciliaret fidem, ad proprias ipsorum Numen colendi rationes provocat. Speciatim autem ab inscriptione cujusdam arae, ignoto consecratae Deo, haut levidense capit perorandi argumentum. Ignotum igitur Deum illis se adnunciare adserit Apostolus, cujus operationes & effecta scitissime recenset, enumerando commate 24. & 25. creationem rerum omnium, versiculo vero 26. sigillatim ortum hominis & providentiam Numinis circa illum versantem. Quibus ita disputatis, versu 27. ostendit, his omnibus creaturas rationales, ad Conditorem debere duci, & deinceps comma 28. sequentis subjicit tenoris; *Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινῆμεθα.*

Hh 2

002

θα, καὶ ἔσμεν. Ὡς καὶ πνεῦ τῶν καθ' ὑμῶν ποιητῶν
εἰρήκασι. Τῆ γὰρ καὶ γένεσ' ἔσμεν.

§. VI. Mirifice Oraculum hocce placet
Benedicto de Spinoza Epistola XXI. ad Hen-
ricum Oldenburgium scribenti : Dico me de
Deo & natura sententiam fovere longe diversam,
ab ea , quam Neoterici Christiani defendere so-
lent. Deum enim verum omnium causam inma-
nentem , ut ajunt , non vero transeuntem statuo.
Omnia inquam in Deo esse, & in Deo moveri cum
Paullo adfirmo , & forte etiam cum omnibus anti-
quis Philosophis licet alio modo. Et auderem etiam
dicere , cum antiquis omnibus Hebraeis, quantum ex
quibusdam traditionibus , tametsi multis modis ad-
alteratis conijcere licet.

§. VII. Universum quidquid hujus rei est
negotium , huc redit : DEUM esse causam im-
manentem, non vero transeuntem rerum omnium.
Hoc illud monstrum est, quod omnibus qua-
sitiscoloribus, pingere ac vestire laborat ho-
mo profanus. Haec illa est sententia, quam
ab antiquitate, nimium quantum commen-
dare haut dubitat. Haec illa est opinio, quam
ex impuris Philosophorum Gentilium lacu-
nis , deducere studet. Haec illa est positio,
quam in somnolentis , nugacibus ac ineptis
Cabbalistarum cerebris natam, tantopere
praedicat atheus. Hunc quoque turbidum
paganae rivum scientiae , ex ipsis fontibus
Israelis longe limpidissimis, ex aureo & divini-
cus inspirato , sapientiae Paulli flumine, con-
ten-

tendit derivare. Quo ipso tamen cum tenebris lucem, & cum Beliale CHRISTUM, perperam & irrito plane conatu conjungere est molitus.

§. VIII. Quid vero causa immanens? quid transiens? Transiens illa est, quae essentiam effecti non ingreditur, sed potius essentialiter ac realiter a natura effectus differt. Immanentem eam voco, quae essentiam effectus intrinsece constituit, & non nisi diverso concipiendi modo, ab eodem differt. Coincidunt haec cum iis, quando causa dicitur esse alia externa, alia vicissim interna. (a) Sic e. gr. causa interna mensae est materia ejusdem, sive sit lapis, lignum, argentum, &c. Haec pariter immanens dici poterit, quia semper in effectu manet, ab effectu realiter non differt & accurate loquendo ipse est effectus. Similem in modum cum immortali Numine, ac rebus conditis comparatum sit oportet, si causae immanentis nomen DEO Beatissimo esset tribuendum. Sed aliter venerandus Jenensium Theologus, Joannes Franciscus BUDDEUS (b) in gratiam Cabali-

Hh 3

(a) Causa enim transiens, & externa eodem modo definiuntur, & causa immanens ac interna pariter eadem ratione describuntur.

(b) Vide ejusdem *Elementa Philosophiae* T. I. P. IV. Cap. IV. §. XIV. p. 291, una cum Introductione ad historiam Philosophiae Ebraeorum p. 328. & Dissert. de Spinozismo ante Spinozam §. XXI.

balistarum, Valentini Weigeli & Jacobi Boehmii, & Vir Cl. Jeannes Georgius WACHTERUS (c) pariter Boehmii caussa, explicant naturam caussae immanentis, illam realiter quoque ab effectu posse contendentes differre. At enimvero verba valent sicut nummi. Jam semel quam tradidi, recepta est caussae immanentis definitio. Jam omnes audito nomine talem sibi formant conceptum. Quapropter uni aut duobus, integrum non erit, citra ullam rationem validam, voci cui-dam, significationem largiri novam. Quid? quod alias nullum discrimen caussam inter immanentem & transeuntem foret admit-tendum, quale quid inconueniens esse per se patet.

§. IX. Quae cum ita sint disputata, abun-de dispalescit Spinozam adsertione sua, de DEO caussa mundi immanente hoc velle: ex Numinis essentia omnia alia sequi per emana-tionem, omne quidquid est in DEO esse, & nihil sine DEO neque esse, neq; concipi posse, ac per consequens res particulares, nil esse nisi DEI attributorum adfectiones, sive modos, quibus DEI adtributa, certo ac determinato modo ex-primuntur, quae sunt propria Athei nostri ver-ba Prop. XV. Partis I. Ethices & Coroll. Prop. XXV. ejusdem Partis. Uno verbo sententia hominis profani hæc est: DEUM esse mate-riam

(c) Lege hujus Spinozismum in Judenthum P. II. §. 96. p. 249. sq.

riam mundi, mundum esse Deum extensum vel expansum, & DEUM vicissim mundum contractum.

§. X. Eodem in luto cum Spinoza, quod ipse non diffitetur, quamplurimi ex Gentilium Philosophorum numero, & malesana Cabbalistarum caterva haeserunt. Ostensum est id ipsum a clarissimis viris, Baelio, Buddeo, Wittichio, Hasselio, Neumanno, Lucio, Wachtero, aliis. Cum vero post largam Scriptorum quos nominavi celeberrimorum messem, haut adeo fortassis contemnendum restare spicilegium videatur, ab illis observata repetere, eademque hinc inde augere constitui, Parte prima *Introductionis*, quam meditor, in *historiam Criticam Spinozismi*.

§. XI. Veneretur ergo Spinosa antiquos Philosophos sententiae autores suae. Summa cum reverentia praeceptores suos, Cabbalistas colat, ac devotissimo prosequatur honore, quoscunque suorum Eoptas mysteriorum. Ast illa hominis impii insania, non potest non bilem movere unicuique cordato, qua adductus, ipsummet Gentium Doctorem, in suas pertrahere partes, nullus dubitavit. Hanc tamen ad Paullum provocationem, ineptam prorsus esse, verborum Apostoli sensus luculentissime ostendit. Paullus enim non de existentia & motione hominum in DEO, ceu partium in toto; sed de existentia,

vita & motu a Numine dependente, nec non de creatione & conservatione, soli DEO accepta unice ferenda, præcipit. Ut adeo sequens inde emergat sensus: Deus est qui nobis existentiam & essentiam largitus est, & idem ille DEUS est; qui nos adhuc quotidie, conservat, fovet, sustentat atque movet. Paucis: vivimus, movemur & sumus, in Numine Beatissimo, non τοπικῶς, localiter & tanquam in spatio; sed ἐνεργητικῶς, quia a DEO vita, vis nostra agendi, operationes vitales, ac aliae motiones omnes quas exercemus proficiscuntur. Idcirco pariter Erasmus ita vertit: *Per ipsum enim vivimus & movemur & sumus.*

§. XII. Ne autem gratis hæc adfirmasse videar, ipsum suadeo conferri contextum, hancce explicationem invicte prorsus probantem. Quodenim in DEO i.e. a DEO res omnes sint comm. 24. & 25. declaratur. Qua ratione vero homines in DEO vivant versu 25. traditur. De motu par ferendum est iudicium, quia ille vitam hominis mox sequitur. Quare posita vita, motus quoque ponatur necesse est. Praeterea etiam, subsequencia ex Arato & Cleanthe laudata verba, idem luculenter evincunt. Genus quippe Numinis sumus, quia illud nos ad imaginem suam condidit, conservavit, ac variis semper beneficiis immerentes licet, ornavit, quae omnia enumerare si vellem, charta deficeret. Paulus itaque ex Paulo explicandus, & Apostolo
in-

interpreti verborum, quae ipse est effatus, citra controversiam optimo, fides non dene-ganda.

§. XIII. Aut exponamus ita: Postquam in superioribus notitiam DEI naturalem adquisi-tam egregiis vers. 24. 25. & 26. illustrasset argu-mentis, commate 27. finem illius adfert Gentium Doctor, ut nempe homines his ratio-nibus in conscientia convicti, Numen dari, illud summa quaerere diligentia, atque sic idem invenire admitterentur. Quod negotium eodem versiculo, a facilitate comendat, dicens Benignissimum Parentem hujus rerum uni-versitatis, haut elusurum esse, navatam in quaerendo operam, verum potius quaestio-ni inventionem felicissime responsuram, quia non longe abesset ab unoquoque nostrum. Si colligas terminos, sequens inde ni fallor, orie-tur argumentatio. Quicumque non longe ab-est ab unoquoque nostrum, ille facile inveni-ri potest. Atqui DEUS non longe abest ab unoquoque nostrum. Ergo ille facile potest inveniri. Propositio sua radiat luce. Sub-sumptum vero probatur commate 28. in ipso enim vivimus & movemur & sumus. Repe-ritur hic particula aetiologica γὰρ. Unde ta-le iterum nascitur ratiocinium: In quocun-que vivimus movemur & sumus, ille prae-sentissimus nobis esse debet. Atqui in DEO sumus, vivimus & movemur. Ergo DEUS praesentissimus nobis esse debet. Apostoli

idcirco mens huc redibit: homines in immensitate & omnipraesentia Arbitri orbis, vivere, moveri, & esse, adeoque essentiam clementissimi Numinis, vitae motionibus & existentiae rationalium, quae vocantur creaturarum, esse praesentissimam. Neque praeter rationem ita colligit Paullus. Cum enim rerum Moderator omnium, cuncta undique repleat modo imperscrutabili, ab omni tamen extensionis aut coextensionis umbra longissime remoto, & hominibus proxime non potest non adesse.

§. XIV. Eat igitur nunc impius Spinoza, eat inquam ille fabularum magister & nugarum architectus, ac perfricet frontem, si quam habet, propter factam sine causa ad Apostoli verba provocationem. Paullus quippe statuit, homines esse, moveri ac vivere in DEO, ceu tota in toto. Spinofus vero Philosophus defendit, creaturas rationales, esse, vivere ac moveri in Numine veluti partes in toto. Quam sententiam utpote atheismum spirantem, ac mundum in DEUM mutantem, omnemque veri nominis creationem plane evertentem, acerrime in textu nostro Apostolus detestatur. Mentionem enim commate 24. facit creationis, & solícite admodum, creaturam a conditore distinguit, ac separat, etiam in subsequentibus. Aliud nempe est coelum & terra. Aliud autem Dominus coeli & terrae. Aliud DEUS, vitam motum & halitum dans. Aliud sunt

sunt homines, & cetera animalia, quibus hæc ex mera Numen largitur benevolentia. Aliud denique est subjectum quod colitur, aliud vicissim ens colens.

§. XV. Ut vero omnis plane de consensione Paulli cum Spinoza pereat suspicio, sequentem in modum ratiocinari liceat. DEUS, quem Apostolus Atheniensibus adnunciavit, illis fuit ignotus per comma 23. Capitis XVII. Actuum. Deus Spinozae Atheniensibus, praecipue Stoicorum Philosophis, non fuit ignotus, per demonstratum ab eruditis, evidentem Stoicismi cum Spinosismo parallelismum. Ergo Deus Spinozae Atheniensibus a Paulo non est adnunciatus. Vel si mavis, ita sum argumentaturus. Quicumque DEUS Stoicis Atheniensium fuit notus, ille iisdem a Paulo est patefactus. Hic quippe ignotum illis descripsit DEUM. Atqui Deus Spinozae, Atheniensium Stoicis, fuit notus. Ergo ille iisdem ab Apostolo non est patefactus. Pergo terminos colligendo: Quicumque Athenis de DEO Conditore mundi, eodemque Domino coeli & terrae disseruit, ille de Spinozae fictitio Numine verba neutiquam fecit. Atqui Paullus, Athenis de Deo conditore mundi, eodemque Domino coeli & terrae disseruit. Ergo Apostolus de Spinozae fictitio Numine, verba neutiquam fecit. Propositio hoc probatur modo. DEUS verus & Deus fictitius sunt contradictoria. Haec uni eidemque subjecto, pari ratione specta-

spectato, inesse nequeunt. DEUS verus est Conditor ac Dominus cœli & terrae. De hoc differuit Gentium Doctor. Numen Spinosae est mundus. Mundus componitur ex cœlo & terra, adeoque Dominus cœli & terrae salutari non potest. Multo minus, adpellationem Conditoris cœli & terrae admodum honorificam, merebitur, cum nihil sui ipsius causa esse queat. Subsumptum patet ex commate 24. Capitis XVII. Actuum Apostolicorum. Uno verbo: DEUS Paulli a mundo realiter & essentialiter, Numen autem Athei nostri, ab eodem non nisi ratione differt. Quare si quis ex Spinoza vere possit demonstrare, illum eadem cum Apostolo modo, Conditorem a rebus distinxisse conditis, victas lubentissime manus, sum statim daturus. Fiet vero illud ad Calendas Graecas.

§. XVI. Spinozae etenim erroneas, de DEO causa rerum immanente omnium, conceptions, si velimus sequi, creatio chimaerae instar necessario erit habenda. Sola causa efficiens ac transiens, vere & proprie sic dicta est causa. Ceterae vix nomen merentur. Noster autem Philosophus, cum eo ipso dum transeuntem rejicit, insimul efficientem proprie sic dictam improbet causam, in illa versetur necesse est opinione, DEUM esse materiam pariter ac formam mundi. Vides ergo Lector Benevole, egregium illud Numen, quod Spinoza in mundum mutavit, seque adeo esse

esse conditorem DEI, quem mente sibi finxit
est testatus. Creaturam hic vides Condito-
rem, & rem conditam Creatorem. En
monstri plenam metamorphosin! Spinoza
homo mortalis, a vero conditus DEO, ferrea
ejusmodi gaudet fronte, ut Numen quoddam
chimaericum concipere, & illud omnium
causam rerum adserere, haut erubescat.
Quamobrem idolo huic, tribuere creationem
velle, nimis absolum esset, magnaue pro-
fecto absurditate laboraret. Perinde enim
foret, ac si quis ligno, mensam intrinsece con-
stituenti productionem illius, adscribere vel-
let, cum utriusque par sit ratio. Spinosi
quippe Philosophi DEUS, nil aliud est, quam
materia & forma mundi, sive mundus ipse
efficiente ac fine carens.

§. XVII. Sequitur hinc, nostri hypothesin
Athei, de Numine causa mundi immanente,
seu interna, universam destruere creationem,
orthodoxo acceptam sensu. Hanc enim re-
rum Moderatoris omnium potentissimi acti-
onem, cum pro ea, qua pollebat sagacitate,
Systemati suo adversas tenere partes, facile
animadvertisset noster atheismi Parens, omni-
bus eandem viribus impugnare est conatus.
In profana quippe quam adornavit Ethica, &
quidem statim in ejus Parte I. sequentem of-
fendo Propositionem, numero sextam. *U-
na substantia non potest produci ab alia.* Quam
ne frustra chartae videretur illevisse, more
Ma-

Mathematicum Doctoribus consueto, hac eidem facere fidem demonstratione adlaboravit. In rerum natura non possunt dari duae substantiae eiusdem attributi (per Prop. V.) quae aliquid inter se commune habent, adeoque (per Prop. III.) una alterius causa esse nequit. Cui Mathematicorum illud: Id Quod Erat Demonstrandum, subiecit. Hujus tamen loco, si, Id Quod Erat Delirandum, scripsisset, rectius iudice Cl. Poireto fecisset.

§. XVIII. Videmus hic Euclideum quendam Demonstratorem, adeo ut verisimile prope modum videri posset, illum Mathematicorum Parentem in Spinoza revixisse. Crepare eum deprehendimus, apodicticas, evidentissimas atque omnem omnino exceptionem eludentes probationes. Quid ergo faciendum? Anne causa Dei prodenda homini atheo? Anne solum nomen & mera mathematicarum umbra demonstrationum terrorem incutere valebunt? Minime! sola enim haec methodus, in se considerata, majorem rebus conciliare nequit veritatis gradum, etsi in objectis, demonstrationem in vigore sic dictam haut ferentibus, ad augendam difficultatem, obscuritatemve, apud lectores mathematicis demonstrationibus non aduetos, haut parum quandoque facere soleat. Sane si ipse ordo geometricus quidquam ad conciliationem veritatis valeret, quid obstaret, quominus illo,
ad

ad stabiliendas, falsitate non exigua laborantes doctrinas, adhibito, eadem futurae essent verissimae, quod tamen longe secus se habere, vel ipsum jam ante oculos nobis versans Spinosae exemplum, dilucide ostendit. Meras enim hic invenimus petitiones principii, iterum ex aliis demonstratas. Quas ut ostendam, instituti ratio haut permittit, neque necessitas idem postulat, cum praeter alios illud praestiterint, celeberrimus Joannes Franciscus *Buddeus*, in Spinozismo profligato, & doctissimus Petrus *Poiretus* in fundamentis atheismi everfis. Ego saltem adfirmo, falsissimam esse Propositionem hanc sextam, neque rectius procedere illius demonstrationem, utpote in qua identitatem numericam, cum specifica vel generica, turpissime confudit noster. Haut invitus equidem concesserim, non dari posse duas substantias, ejusdem attributi numerici, cum illam numero eadem adfectionem, quam possidet una, nequeat habere altera: ast qua ratione, existentia duarum aut plurium substantiarum, in certo quodam attributo generico, vel specifico, convenientium negari possit, plane non video. Eo ipso enim dum dantur duae substantiae, conveniunt in adfectione generica substantiae, adeoque unam infinitae virtutis, alteram perfectionibus saltem finitis gaudentem, producere posse, nullam prorsus involvit contradictionem.

§. XIX. Non ergo Spinosa creationem, per veram & realem productionem ex nihilo; sed per emanationem ex DEO explicari vult. Quo ipso atheismum suum, satis clare exhibet palpandum. Uti enim fluvii ex mari oriuntur, ita ex DEO omnia emanasse, noster nugarum Architectus fabulatur. Quemadmodum igitur, mare & flumina ex eodem redundantia, constant ex aqua, & nil aliud sunt, quam aqua, ita etiam ex mente Spinosae, DEUS & Entia quae ex eodem emanarunt, unius ejusdemque sunt essentiae. Uti fluvii sunt particulae maris, ita res mundanae particulae DEI. Uti flumina variis mare adficiunt modis, ita pariter nostrum si sequaris atheum, Numinis modi atque adfectiones sunt, quaecunque in hac rerum universitate conspiciuntur. Eadem prorsus ratione, totum quidquid hujus rei est negotium, similitudine a Sole ejusdemque radiis petita, poterit exponi.

§. XX. Quae cum ita sint, vel me tacente, liquido & ad oculum patet, Spinosam infeliciter plane, Oraculo Paullino, pingere monstrum, pestilentissimi quem fovit atheismi, esse conatum. Nec firmiter, in Cleanthis & Arati verbis, ab Apostolo laudatis, sententiae cui addictus erat profanae, praesidium invenit. Equidem homines iis DEI genus esse adseruntur. Sed quid inde? Num fortassis sequitur: Homines speciatim pii, per
gra

gratiam adoptantem qua eosdem Numen benignissimum, in CHRISTO admodum benevole complexum est, sunt genus DEI. Ergo illi etiam modi, partes & adfectiones supremi Numinis sunt. Profecto absona est haec collectio, & ita comparata, ut risum potius, quam responsionem mereatur. Liberos parentum, & posteros majorum genus dici, inficias irequis ausit? Neque tamen propterea ullus adeo delirabit, ut liberos ex parentibus, & successores ex antecessoribus emanasse contendat. Nemo mortalium, vel mica saltem iudicii gaudens, idcirco adfirmabit, natos & posteros esse partes, modos & adfectiones, suorum tam parentum quam etiam majorum. Multominus itaque dum genus DEI dicimur, exinde licet colligere, nos miseros mortales, esse partes ac modos, perfectissimae supremi omnium moderatoris rerum essentiae. DEUS est Pater hominum. Hi ipsius liberi, ipsius familia, ipsius genus, varias ob causas, & sunt & adpellari queunt. Parentibus liberi suam debent essentiam. DEO debemus quidquid habemus, quidquid sumus, propter creationem, qua corpus nostrum elegantissime finxit, eidemque mentem, ab omni prorsus materiae umbra longissime remotam, benignissime est largitus. Parentes natos suo alunt sanguine, eosdem solícite fovant, ac summa cum cura protegunt. Centum requirerentur linguae, si pro dignitate rei, pro-

vidam Numinis curam, erga homines, praedicare vellem, neque tamen eidem satisfactum iri plane confido.

§. XXI. Genus itaque DEI sunt homines, ob creationem & conservacionem. Non solum autem idcirco, verum pariter propter redemptionem, qua secunda sacrosanctae Triados persona, carne humana in tempore induta, acerbissimos toleravit dolores, ut illi ad coelestia pervenirent gaudia, & miseram sustinuit servitutem, ut isti aeterna bearentur gloria. Sanctificatio quoque hic minime erit tacenda. Haec quippe, hominem ex statu institutionis splendidissimo in afflictum valde destitutionis statum prolapsum in felicissimam longe collocat sortem, & in numerum familiae Dei refert. Status nempe restitutionis nil aliud est, quam conditio ista filiorum Dei, fors illa hominum vere piorum, in qua isti, antea a DEO per peccata avulsi, benignissimo Numini, mediantibus principiis & mediis salutis aeternae, suavissime reduniti, secure, quiete ac summa cum voluptate animi vivunt. Hic est status gratiae, cujus felicitatem nulla hominum eloquentia valet explicare. Haec est beatissima illa filiorum DEI ratio vivendi, quam quidem ego, nisi adeo magnam esse fatear, ut eandem vix cujusquam mens aut cogitatio capere possit, longe a veritate aliena, haut immerito dixisse videbor. Etenim omnibus veri nominis bonis atque

atque commodis est cumulatifſima. Adest
 ibi pax conſcientiae, qua majus in hominem
 bonum cadere vix poteſt. DEUS Pater ju-
 ſtificatum adoptat in filium. Filius ſuaviſſi-
 ma cum eo tanquam ſponſa coaleſcit unione.
 Spiritus denique ſanctus inhabitat cor ejuſmo-
 di fidelis, ceu templum aliquod ſplendidifſi-
 mum. Quin immo univerſa SS. Trinitas pe-
 nes hominem pium, manſionem facit, Jo.
 XIV: 23.

§. XXII. Status hicce reſtitutionis, actum
 ejuſdem praefupponit. Conſiſtit autem ille
 in complexu iſto beneficiarum miſericordiſſi-
 mi Numinis actionum, quo Pater Filium mit-
 tendo, Filius patiendo, & Flamen Sanctum
 per verbum & Sacramenta vocando, illumi-
 nando, convertendo, regenerando, juſtifi-
 cando, cum DEO myſtice uniendo & ſancti-
 ficando, homines vera fide finali meritum
 CHRISTI ſibimet adplicantes, ad aeternam
 perducit ſalutem. Unde quilibet me non
 monente videt, differre actum & ſtatum re-
 ſtitutionis a ſe invicem ceu prius & poſte-
 rius, & tanquam principium ac principiatum.
 Actus quippe prior eſt. Status poſterior.
 Actus producit ſtatum. Status vero ab actu
 efficitur. Ceterum non unius generis, uni-
 uſque modi Gratia Spiritus ſancti adplicatrix
 eſt; ſed potius τὸν πλεῖστον χαρισμαίων καὶ τὴν
 πολυπόκιλον σοφίαν Beatifſimi Numinis, devo-
 ta hic decet proſequi veneratione, & pia

unice mente admirari. Debitum enim status filiorum DEI requirit, ut Sospitorem nostrum, pro qualibet benedictione spirituali, qua nos in coelestibus ditavit frequenter celebremus. Quod exemplo comprobavit suo, nobisque vestigia ejus premendi necessitatem imposuit Gentium Doctor. Eph. 1: 3. Varios hujus benedictionis actus supra recensui, quorum omnium intuitu homines genus DEI a Paulo adpellantur, S. D. G.



V.

RELATIO

de Sacrorum ante duo saecula instauratorum

MEMORIA,

TIGURI, atque in aliis HELVETIAE locis ipsis Kal. Jan. A. clbccc XIX.

feliciter celebratâ.

SYNOPSIS.

Reformationis ecclesiae ingens est beneficium §. 1. Ejus memoriam celebrarunt Tigurini a. 1619. Ejus rei edictum §. 2. 3. Rursus id factum Kal. Jan. a. 1719. Edictum eam in rem promulgatum §. 4. Textus in ecclesiis tractati §. 5. Orationes in Gymnasio habitae §. 6

§. 6. Nummi percussi §. 7. Quid actum in aliis Helvetiae locis §. 8. Catalogus scriptorum, in hujus rei memoriam editorum. Antistites Basilienses §. 9. Festivitas saecularis celebrata hoc anno Lugduni in Batavis §. 10. Clauditur voto §. 11.

§. I.

Qui suo res pretio aestimare vel norunt vel volunt, haud inviti fatebuntur, nullum in rem Christianorum publicam majus à supremo Numine proficisci potuisse unquam beneficium, illo, quod ante duos hos annorum centenarios illi praestitum est, quando suscitatis diversis in oris Viris pietate atque doctrina conspicuis, sublata rerum divinarum ignorantia, deleta superstitione, erroribusque, quos longa dies, atque hominum vecordia invexerat, explosis, emendata fuisse sacra, fidei sua puritas, ceremoniis castitas, ecclesiarum regimini suus ordo restituta, atque animi hominum a perpetuo, quo vexabantur, angore in libertatem ac quietum statum vindicati fuerunt. Recte itaque, &, ut homines Dei haut parcos cultores decet, agunt, qui SUA NOSCENTES BONA, non solú eo annituntur omni contentione virium, ut isthaec tam care parta, tamque invidenda felicitas sibi perpetua sit, sed &, qui tanti beneficii memoriam pia veneratione devotissimisque animis, colunt, neque ullam occasi-

omnem praeter labi sinunt, qua, quantum se pro illo Deo O. M. devinctos sentiant, cum privatim, tum publice declarent.

§. 2. Id apud animum suum perpendentes illustris reipublicae Tigurinae Conscripti Patres anni superioris saeculi decimi noni Kalendas Felici restitutionis sacrorum recordationi dicatas, eumque diem, in urbe juxta ac ditione sua, sacris concionibus audiendis, precationibus ac gratiarum actionibus publicis divinaeque rei cum in templis, tum in aedibus faciendae impendendum esse praeceperunt. Edictū, quo solemnem hanc festivitatem tum temporis publice indicarunt, hoc est; *Demnach unser Herr Gott dieser Stadt und Landschaft Zürich die grosse Gnade gethan, das er dieselbe nun so viele und lange Jahr mit seinem heiligem Wort und Evangelio erleuchtet und begabet hat, also das es auff künfftigen neuen Jahres Tag ein hundert Jahr seyn wird, das die erste Evangelische Predigt in dieser Stadt beschehen ist. So haben unsere gnädige Herren, Bürgermeister und Rath der Stadt Zürich, als eine Christliche Oberkeit, nebend dem, das wir Gott dem Allmächtigen um solche übertreffliche Wohlthat ohne Unterlass Lob und Danck sagen sollen, auch für gut und nothwendig geachtet, das solcher Neu-Jahrstag, zu einer sonderbahren Erinnerung und Gedächtnis dieser himmelischen Gutthat, Gott dem Herren zu Lob und Ehre, mit sonderlicher Andacht und Gottseligkeit, gehalten und begangen werden solte; Und haben deshalb sie unsere*

gnädige Herren, aus Christlicher Wohlmeynung angesehen, daß auf nechstkünfftigen Neu-Jahrstag, wie auch den darauff folgenden Tag, (So man gemeinlich den Bachteltag nennet) in Stadt und Land, weder auff den Zünfften, Gesellschaften, Wirths- und Gesellen-Häusern, noch anderstwo keine Zusammenkommennissen, Mahlzeiten noch Abendtrunck gehalten werden, sondern an dem Neu-Jahrstag männlicher Morgens und Abends, gleichwie an den heiligen und hohen Festtagen beschicht, in die Predigten, (die man in allen Pfarckirchen halten wird) sich verfügen, und allda bey Anhörung des göttlichen Worts, und Verrichtungen des gemeinen Gebetts Gott dem Herren auch sonderlich für die grose Wohlthat Lob und Danck sagen, daß er das Licht seines heil. Worts und Evangeliums, in diesen letzten Zeiten, aus sonderen seinen Gnaden, bey uns wiederumb angezündet, und uns bey demselben so lange Zeit, und bis in die hundert Jahr vaterlich beschirmet und erhalten hat, und ihne darbey ernstlich bitten und anrufen, daß er uns und alle Christgläubige Leut darbey wider allen widervärtigen Gewalt und Auffsatz, weiters gnädiglich schützen und erhalten wolle.

Verkündt Sonntags den 16. Christm.
1618. Auch allen Ober- und Unter-
Vögten zugeschrieben:

§. 3. Convenienter huic edicto, cum in omnibus templis eum in finem sermones Eucharistici, tum in auditoriis scholasticis

orationes publicae a Jacobo *Huldrico*, Linguae Graecae, & Rodolpho *Lavatero*, Logices Professoribus, ut & Joh. *Wirtzio* Collegii Parthenopaei Inspectore fuerè habita. Quod autem hoc festum saeculare non prid. Kal. Nov. a. 1617. ut ab ecclesiis aliis factum est, celebratum fuit, illius rei ratio non illa est, quod Tigurini sacrorum illam mundationem Wittebergae prius à Megalandro Luthero, quam in Helvetia, inchoatam esse voluerint innuere, cum constet, jam antea a. 1516. ab Hulderico *Zwinglio* Glaronae, ubi tum verbi divini Ministri munus obibat, Evangelium pure praedicari coepisse. Sed id factum est, conservandae recordationis causa, illius diei, quo *Zwinglius* ab Einsidensibus Tigurum vocatus, auspicia fecit muneris sui in ecclesia Cathedrali, Concione Evangelica, qua D. Matthaei Evangelium explicare inchoabat, habita. Fuit autem ille dies Saturni, & primus anni reparatae salutis, 1519. aetatis illius 36.

§. 4. Quum autem rursus nuper centum anni faustis sideribus, neque unquam satis praedicanda divinae providentiae benignitate effluxerunt, ab illo tempore, perinclutus ejusdem Reipublicae Magistratus, hujus quem vivimus, Anni Kalendis ejuscemodi saeculare sacrum pari festo ritu concelebrari voluit. Illius instituti ratio non melius cognosci potest, quam e publico ejus edicto, quod ad d. XVIII. mensis Decembris superioris anni è templorum omnium rostris publice promul-

mulgatum fuit, cujus quidem communicati-
 onem, uti pietatis studioso lectori gratam fo-
 re ominamur, ita & ejus lectionem ei luti-
 tem futuram spondemus. *Wir Burgermeister
 und Rath der Stadt Zürich entbiethen allen und je-
 den Unserigen Angehörigen in Unseren Städten,
 Landen, Gerichten und Gebiethen Unseren gnädigen,
 geneigten Willen und alles Guts, auch darbey zu-
 vernehmen, welcher Massen auf nächst von Gottes
 Güte erwartenden Neu Jahrs-Tag zweyhundert Jah-
 re werden verlossen seyn, da der grundgütige Gott
 aus unaussprechlicher Gnade und Barmhertzigkeit den
 Anfang gemacht durch das heilsame Werck der
 höchst-seligen Reformation, das Liecht des H. Evan-
 gelii in Unseren Stadt und Landen zu hellem Glantz
 und Schein wider zubefördern, und sein allein se-
 ligmachendes Wort rein und unverfälscht wieder
 herzustellen, auch zu solchem hernach seinen Segen
 dergestalt miltiglich verliehen, dass Unsere Kirchen
 bey dem wahren Verstand seines H. Worts und dem
 rechten Gebrauch der Hochwürdigen Sacramenten
 bis hieher geschützet und erhalten worden: Wann
 nun die Christenliche Schuldigkeit erforderet, diese
 unaussprechliche Wohlthat in beständig danckbare
 Erinnerung zu ziehen, in öffentlichen Gemeinden mit
 Freuden hoch zu rühmen und zu preisen, und deren
 Gedächtniß auf die Nachkommende danckbar fortzu-
 pflanzen, auch die Göttliche Majestet um den fer-
 neren Lauff des H. Evangelii und dessen Fortsetzung
 und Erhaltung bis an das End der Welt von Her-
 tzen einbrünstig anzusehen, als haben wir nach dem*

Lobl. Exempel Unserer Stands - Vorfahren aus
 Christlicher Wohlmeynung zu solchem End ange-
 sehen, das auf ermeldten bevorstehenden Neu-Jahrs-
 Tag und den darauf folgenden Tag in Stadt und
 Land, weder auf den Zünfften, Gesellschafften,
 Wirths- und Gesellen-Häuseren noch anderstwo keine
 Zusammenkünfften, Mahzeiten noch Abend-Trinck
 gehalten, auch die so genante Stuben-Hitzen auf den
 Zünfften und Gesellschafften in der Stadt allererst an
 dem Dienstag und zwahren nach b. s. heriger Uebung
 eingenommen werden, sonder ermeldte Zeit aller Or-
 then in gottseliger Stille zugebracht werde, und je-
 demänniglich an dem Neu-Jahrs-Tag Morgen,
 Mittag und Abends, gleichwie an den heiligen ho-
 hen Fest-Tagen beschibet, und des folgenden Tags in
 der Stadt auch Morgens und Abends in die Predi-
 gen, die man in allen Pfarrkirchen halten wird, sich
 verfüge, und allda bey andachtiger Anhörung des
 Göttlichen Worts und eyferiger Verrichtung des ge-
 meinen Gebatts Gott dem Herren für diese grosse
 Gutthat innigstes Lob und Danck sage, das er sol-
 chen Gestalt aus sonderen seinen Gnaden, die himli-
 scher Wahrheit zu vieler tausend Seelen Heil und
 Trost wieder an den Tag gebracht, und diese reine
 Predigt bis dabero so vaterlich unter uns zu unse-
 rer Seligkeit erhalten hat, darbey eifrigst bitte und
 anruffe, das er ferner solche Gnad und Barmher-
 zigkeit über uns und andere Christglaubige Leut
 walten und die kostliche Evangelische Hinterlag sei-
 nes seligmachenden Worts auch hinführo wider aller
 widerwartiger Auffsetze und Gewalt fest und un-
 ver-

verruckt erhalten, auch auf unsere Nachkommenden gnädiglich fortpflanzen wolle; Und weilen Wir zu unserm Bedauern die Zeithero sehen und vernehmen müssen, dass viel unserer Angehörigen zu Stadt und Land solche hohe Gnad nicht in so hohem Werth, als sie es aber billich thun solten, halten, und solches durch schlechte Besuchung der Kirchen thatlich an den Tag legen thuen, als ist auch hierbey unsere väterliche und allein zu dem Heil Unserer Angehörigen abzweckende Erinnerung, dass männiglich nicht nur die Sonntags- und Dienstags-Predigten, sonder auch die zu Stadt und Land haltende Abend- und Morgen-Gebett fleissiger und eiferiger, als bishero geschehen, besuche, die Haus-Väter und Haus-Mütter den ibrigen hierinn mit gutem Exempel vorgehen, und ihre Kinder und Dienst zu gleich schuldiger Pflicht getreulich anhalten, und also jedermanniglich unter Anruffung göttlicher Gnaden möglichst trachte mit geflissener Lesung und Anhörung des göttlichen Worts, in der Erkantnus Gottes und dem Handel des Heils zu seiner Seelen Seligkeit zuwachsen und zuzunehmen, und hierbey auch die schuldigste Hertzens-Danckbarkeit für solch Uns über viel andere Völcker aus unverdient erweisende Gnad und Barmhertzigkeit täglich abzulegen und zubescheinen

Wann dann auch der uns also gnädig „
geoffenbaret Wille Gottes uns vermahnet, „
ein der Evangelischen Lehr gemässes, das „
ist gottseliges und Bus-würckendes Le- „
ben und Wandel zuführen, auch bey def- „
sen

„sen bisherig lündlicher Ermanglung der lie-
 „be Gott uns neben anderen schweren Straf-
 „fen die Zeit her und eben auch dis Jahr,
 „durch übergrosse Ueberschwemmungen,
 „Hagel un Ungewitter noch mehr hierzu auf-
 „gemunteret, auch zu Anstellung eines solch
 „recht Christgeziemend busfertigen Lebens
 „das in Truck ausgegangene und in allen
 „Kirchen öffentlich letsthin verkündete groß-
 „se Bus-Mandat allein abzielet, als thun Wir
 „auch bey solchem Anlas jedermänniglich,
 „wiederholet, mit allem Ernst hiemit ver-
 „mahnen, dass man solch Christenlich-best-
 „gemeynten Mandat und Ordnungen in all-
 „weg und in allen und jeden Puncten gehor-
 „samlich nachgange, und insonderheit auch
 „sich aller Unmäßigkeit und Überflus in
 „Speis, Tranck und Kleideren müffige, und
 „enthalte, und sich dargegen aller Zucht
 „und Ehrbarkeit und eines nüchteren Gott-
 „wohlgefälligen Lebens und Wandels be-
 „fleissen thue, als wir auch neuen Befehl
 „ertheilt haben, auf die Uebertretere geflissene
 „Obsicht zu halten, und die betrettend Un-
 „gehorsame zu ernstlicher Bus und Straff zu
 „ziehen.

„Damit nun aber diesem Unserem so
 „Christenlich und wolgemeynten Ansehen
 „desto geflissener nachgekommen werde,
 „so wollen Wir hiemit allen Unseren Ober-
 „und Landvögten befehllich aufgetragen
 „ha-

haben, daß sie in ihren Amts-Verwaltun-
gen, gleich es hier in der Stadt auch besche-
hen, darzu alle nothwendige Anordnung
verschaffen thuen, und versehen Uns übr-
gens zu jedermänniglich, daß er aus eige-
nem Christlichen Trib und Eifer demselben
gebührende Folg zu leisten, und insonder-
heit sein Leben und Wandel dergestalt zu
besseren und gegen Gott anzustellen sich
angelegen seyn lassen werde, damit unser
geliebtes Vaterland und jeder absonderlich
seinen gerechten Straffen entgehen, und
bey der seligmachenden Lehr des Heil. E-
vangellii und in seiner H. Gnaden Obschirm
weiter erhalten möge.

Geben den 2. Winterm. A. 1718.

Cantzley der Stadt
Zürich.

§. 5. Ut autem omnium mentes ad reco-
lendam tanti beneficii memoriam eo praepa-
rarentur efficacius, diebus Mercurii & Saturni,
qui primum anni diem antecedeabant, in ho-
ris precum vespertinis, Psalmus centesimus
explicari debuit. Duobus autem prioribus anni
diebus magnâ cum animi adtentione & inusi-
tata frequentiâ concionibus sacris S. P. Q. T.
interfuit. Preces ex certa praescriptâ formu-
la praelectae. Hymni die solis mane ex Ps.
LXXXI: 1--11. a meridie ex Ps. CXXXVIII.
ve-

vesperi ex Ps. LXXXIV: 5-6. die autem Lunae mane Ps. CXXII. & vesperi Ps. C. praecinebantur. Textus varii atque ad rem accommodati tractabantur, in ecclesia quidem, Cathedrali a primo Ecclesiarum Tigurinarum antistite Ludovico *Misschelero* ex Ex. XIII: 3. ab eius autem Archidiac. Joh. Bapt. *Ottio* & Joh. Conrado *Wirtzio* cum ex Gal. V: 1. tum & Apoc. III: 11. Die autem lunae ab eius diaconis Henr. *Fäsis*, & Joh. Jacobo *Hottingero*, J. J. F. & J. H. N. cum ex Ps. CIV: 30. tum ex Ps. CXVI: 12. 13. 14. In aede Petri ab eius ministro Henrico *Frisio* ex Apoc. XIV: 6-10. a Jacobo *Seeboltzero* V. D. M. ex Eph. V: 8. a Diacono Conrado *Wirtzio* ex Apoc. XXI: 5. In parthenopaeo (*Frau Münster*) ab eius pastore Joh. Henrico *Hulderico* ex 2. Reg. XXIII: 1-5. a Ludimoderatore Joh. *Hegio* ex Eph. V: 8. a Diacono Joh. Casp. *Mullero* ex Ps. CVII. CXIX. CIV. In templo praedicantium a Jacobo *Heiddeggero* Es. LXVI: 22. 23. a Joh. Rud. *Cramero* Publico Professore Ps. CVII: 1. 2. & Diacono Beato *Smlero* ex 1. Petr. II: 9. In Orphanotrophio (vocant *Detenbach*) a Joh. Jac. Ulrico Ps. LXXII: 18. 19. a Marco *Wirtbio*, V. D. M. Joh. XII: 35. 36. & Diacono Fortunato *Peracher* ex Marc. I: 1-3.

§. 6. Interea autem temporis, cum templa praeclarorum istorum Virorum eximiis orationibus personarent, in illustri, quod Tiguri floret, Gymnasio, ex quo tot in omnem eccle.

ecclesiam & rem literariam promanarunt
 commoda, celeberrimi ejus Doctores sibi
 quoque loquendum, tantamque festivitatem
 solemnibus orationibus celebrandam esse ju-
 dicarunt. Quid autem & a quibus, hic actum
 fuerit, programma, typis expressum, publi-
 ceque ad d. 3. Kal. Jan. affixum docebit ubo-
 rius.

SECULARE SACRUM

IN HONOREM

DEI TER OPT. MAX.

OB

ECCLESIAM

AB ERRORIBUS IN DOCTRINA,
 IN CULTU A SUPERSTITIONE;

ET

REM PUBLICAM

A SERVITUTE ET CONTEMPTU CLERICALI
 DUCENTIS ABHINC ANNIS

MINISTERIO

M. HULDR. ZUINGLII,

FELICITER LIBERATAM,

CELEBRABUNT

JOH. CASPARUS HOFMEISTERUS,

Linguae Gr. Prof.

Oratione Historica, de magnis in Ecclesiam Tiguri-
 nam, inde à primo ejus ad secundum hunc à Refor-
 matione Jubileum, collatis à Deo
 beneficiis.

d. 31. Dec. An. 1718.

DA-

DAVID HOLZHALBIUS,
Philos. Prof.

Oratione Panegyrica, *de vera, pro magnifico Reformationis Opere & Beneficio, erga Deum Gratitude.*

d. 2. Jan. An. 1719.

JOH. JACOBUS HOTTINGERUS,
S. S. Theol. Prof.

Disputatione Theologica, *de necessaria Majorum ab Ecclesia Rom. Secessione, & impossibili nostro tum in eandem Ecclesiam Reditu, tum Pace cum ea.*

d. 5. Jan. An. 1719.

JOH. JACOBUS REUTLINGERUS,
Scholæ Carol. Moderator.

Oratione Metrica, *de Jubilæis Ecclesie, Judaico, Christiano, Pontificio, & Reformato.*

d. 7. Jan. An. 1719.

Ad quas, quos memor tantorum Beneficiorum animus vocat, submissè devocant ipsi etiam

ACTORES.

§. 7. Illius autem rei memoria, ut ad posteritatem transmitteretur eò commodius, ex auro atque argento nummus cusus est, cujus una pars exhibet caput Zvinglii, solito pileo tectum cum inscriptione, MAGISTER HVLDRICVS ZVINGLI. Infra legitur AET. 48. AN. 1531. Altera parte hanc epigraphen contemplaris. LUCE EVANGELII

LII DUOB. SAECUL. PURE CONSERVA-
 TA VOTA PUBLICA CHRISTO DECRE-
 TA. TIG. CAL. JAN. MDCCXIX. Vidi
 quoque alterius nominatis eotypum, in cu-
 jus una parte eodem modo caput cernebatur
 Zvinglii cum inser. M. HULDR. ZVINGLI-
 US REFORMATOR. In altera conspicitur
 mensa, cui impositus liber apertus, cui in-
 scriptum legitur, BIBLIA SACRA. Mensae
 imminet sol lucens & radians cum epigraphe
 INEXTINCTUM, infra legitur 1719.

§. 8. Neque solum Tiguri, sed & in aliis
 Helvetiae locis dies ille festus habitus est, &
 quidem similem in modum; supplicationibus,
 nimirum, cantu, & concionibus sacris. *Basi-*
leae preces ad hunc usum accommodatae ty-
 pis fuere exscriptae. Apud SANGALLEN-
 SES Christophorus Stehelinus mane tractavit
 Eph: V: 8. & Decanus *Schaererus* ex Ex. XX:
 1. 2. prologum Decalogi. A meridie ex Matth.
 IV: 16. & vesperi ex Apocal. XIV: 6. 7. dictum
 est. GENEVAE, cum celeberrimus Theolo-
 gus Joh. Alphonfus *Turretinus* in ecclesia D.
 Petri concione ex Joh. XII: 35. 36. habita de
 altero hoc saeculari festo tum universae eccle-
 siae, tum praesertim Tigurinis gratulatus es-
 set, omnes Professores ac Pastores illius ur-
 bis ad vesperascente coelo convivio excepit.

§. 9. Sed, quae hoc die cum in scholis, tum
 templis passim dicta atque acta sunt, ostendet
 catalogus scriptorum in hanc rem editorum,

quem tuo conspectui, nulla Auctorum Ordinis habita ratione heic sistimus.

1. Israels Erlösungs-Tag, der Christen Jubel-Jahr, in einer heiligen Betrachtung über die von GOTT anbefohlene Wiedergedächtnüß des wunderfahnen Auszugs Israels aus Egyptenland; aus Ex. XIII: 3. an dem Neuen-Jahrs-Tag a. 1719. als das Züricherische Jubilaeum mit Lobpreisung Gottes, und großer Freude seines Volcks, feyerlich gehalten worden: Zu danckbahrer Wiedergedächtnüß der seligen Reformation und Glaubens-Verbetterung vor 200. Jahren, durch Gottes starcke Hand geschehen, vorgestellt von Joh. Ludwig Neuscheler, Pfarrer zum grossen Münster, und Antistite der Kirchen zu Zürich; 4. 6. pl.

2. Neu-Jahrs und Dancksagungs-Predigt von wegen bey der seeligen Reformation vollendeter zweyer Saeculorum gehalten, den 1. Jenner 1719. zu Mittag bey dem grossen Münster in Zürich ex Gal. V: 1. von Joh. Baptist OTT, Archi-Diacon daselbst: Zwingl. L. III. p. 371. b. Sunt, qui rebus restitutis gaudeant in terra, cum nos cælo fruamur. Zürich. 4. 2. pl.

3. Grosse und auserlesene Wercke des HERREN in wunderbahrer Schaff- und Erneuerung, auch mächtiger Beschütz- und Erlösung der Kirchen; Zum Lob des HERRN des herrlichen, bey freudiger Wiedergedächtnüß der
höchst-

höchstgesegneten Reformation, in dreyen verschiedenen Predigten, in der Kirch zum grossen Münster, nach Gelegenheit der Zeit, einfältig und kurtz-fürgestellt aus Ps. CIV: 30. 31. von Joh. Henrich FAESI, Diacono; Zürich; 4. 5 $\frac{1}{2}$. plag.

4. Danckbahre Gedächtnüß des grossen Jubel-Jahres der gnadenreichē Reformation, dazu der S. und hocherleuchte M. Ulrich Zvingli, mit seiner am Neu-Jahrs-Tag 1519. allhier bey dem grossen Münster gehaltenen ersten Evangelischen Predigt, den Anfang gemacht, nun auf den Neu-Jahrs-Tag 1719. Hochoberkeitlich angeordnet, und bey Verhandlung der Worten Ps. CVII: 1. 2. in der Kirchen zum Predigern vorgestellt von Joh. Rud. KRAMER; des Stiffts und Professore; 4- 3. pl.

5. Neuer Himmel und neue Erde, oder der göttliche Ursprung, und Beständigkeit, so wol der Kirchen N. Testaments insgemein, als der nach Gottes Wort Reformirten Kirch insbesonder. In zweyen Predigten, in der Kirch bey den Predigern, vorgestellt über die Worte Es. LXVI: 22. 13. von Joh. Jac. HEIDEGGER, Pfarrer daselbst. 4.

6. Der durch Verkündigung des ewigen Evangelii befürderte Fall Babylons, und das traurige Weh, das die Anhänger desselben betreffen wird, in zweyen Betrachtungen über die Worte Offenb. XIV: 6-12. an den

Neu-Jahrs-Tagen, als das Züricherische Jubilaeum seit der höchstseligen Glaubens-Verbetterung zum andernmahl gefeyret worden. Vorgestellet von Joh. Henr. FRIESS. Pfarrer zu S. Peter. 4. pl. 5.

7. Magnalia Dei, oder die grossen und herrlichen Thaten Gottes, die er im Anfang und Ausführung des herrlichen Gnadenwercks der Sel. Reformation und Glaubens-Verbetterung gewürcket hat. In gründlicher Beschreibung dieses Wercks selber, und derjenigen Wunderen, mit denen der wunderbahre Gott selbiges begleitet, auch der darausfliessenden Pflichten, bey Anlaß des zweyten Gedächtniß-Fests, dieser vor 200. Jahren geschehenen großmächtigen Thaten Gottes, dem lieben Christen-volck aus Pf. LXXII: 18. 19. in 3. Predigten in der Kirchen am Wäysenhaus vorgefelt von Joh. Jac. ULRICH Predigern am Oertenbach und Professore. 4. 12 $\frac{1}{2}$. pl.

8. Die Danck- und Jubel-würdige Kirch- und Glaubens - Reformation vorgefelt in zweyen Christlichen Neu-Jahrs-Predigten auff den 1. und 2. Jenner 1719. Als dem andern Züricherischen Reformirt-Evangelischen Jubel-Jahr von Joh. Henr. ULRICH. Pfarrer zum frauen Münster, 4. 3. pl.

9. Geistliches Widderhorn, welches über das Kirchliche Jubel-Fest, wegen das Heilsahme, vor 200. Jahren angefangene Re-
for.

formations-werck erschallet, über Apoc. III: 11. von Conrad Wirtz, Archidiacon der Kirchen, und Probst des Stiffts zum grossen Münster; 4.

10. Dissert. secularis de *necessaria majorum ab Ecclesia Romana secessione, & impossibili nostro tum in eandem reditu, tum Pace cum ea*, quam auspiciis Pastoris & Episcopi animarum nostrarum, ad quem conversi sumus, in seculare beneficii maximi monumentum, gratioso superiorum jussu piae placidaeque discussioni subjicit Joh. Jac. HOTTINGERUS, S. Theol. Prof. resp. Joh. Rod. Lavatero, V. D. M. Iplis Non. Jan. 7½. pl. Atque haec quantivis pretii Diss. in vernaculum sermonem quoque translata prodiit.

11. Joh. Casp. Hofmeisteri, Davidis Holtzbalbii, & Joh. Jac. Reutlingeri Orationes, antea §. 6. memoratae excusae quoque sunt simul 12. plag. in 4.

12. Christliches Jubilaeum, oder selige Wiedergedächtnüß des vor 200. Jahren, zur Zeit der sel. Reformation in löbl. Eydgenossenschaft wiederum auffgegangenen Lichts des heil. Evangelii, feyerlich begangen in dem Münster zu Basel, an dem Neu-Jahrs-Tag A. 1719. mit Dancksagung und Gebät, und Verkündigung Göttlichen Worts, und auff Begehren einer Christlichen Gemeinde zu gutem Angedencken, in den Druck verfertigt von Hieronymo BURCKHARD. Heil. Schrift Do-

ctore und Professore, Pfarrern im Münster,
und der Kirchen Antistite. Basel. 13. plag.
in 4.

13. Christliche Predigt und gottselige Ge-
dancken von dem heil. Werck der seligen
Reformation, ad Eph. V:8. gehalten zu St.
Laurentz in St. Gallen, von Hr. Camerario
Christoph STEHELIN. Sontags d. 21. Dec.
St. Vet. a. 1718. Basel: 4. b. in 4.

14. Jubel-Jahr und Danckfest der Refor-
mirten Eydgnosischen Kirchen, wegen Be-
freyung und Erlösung von der Dienstbarkeit
des geistlichen Aegyptens d. 1. Jan. 1719. feyer-
lich begangen, bey Erklärung der Worten
des Mannes Gottes Mosis; Ex. XIII:3. durch
M. Joh. Jacob Wolleb, Diener des Göttl.
Worts zu *Thennickhen*; Mit Beyfügung eines
historischen Berichts; von dem Anfang und
Fortgang des sel. Reformation-werck zu Ba-
sel; Basel. 1719. 4. 4 $\frac{1}{2}$. B. Ex hac appendice ju-
vat heic loci sistere catalogum Antistitum, qui
a tempore Reformationis ecclesiae Basiliensi
praefuere;

Johannes *Oecolampadius* ab a. 1529. Mort. a.
1531. aet. 49.

Oswaldus *Myconius*, ab a. 1532. M. a. 1552.
aet. 64.

Simon *Sulcerus*, ab a. 1553. M. a. 1585. aet.
77.

Joh. Jac. *Grynaeus*, ab a. 1586. M. 1617. aet.
77.

Johan-

Johannes Wollebius, ab a. 1618. M. 1629.
aet. 43.

Theodorus Zvingerus, ab a. 1630. M. a. 1654.
aet. 57.

Lucas Gernlerus, ab a. 1656. M. a. 1675. aet.
49.

Petrus Werensfelsius, ab a. 1675. M. 1703.
Aet. 76.

Joh. Rud. Zvingerus, ab a. 1703. M. 1708.

Hieron. Burckardus ab a. 1709. (de quo vide
Tomi II. fascic. 2. p. 311.) etiamnum
superstes, quod ut diu sit, Deum sup-
plices poscimus.

15. Παλιγγενεσία ecclesiae, oder Bericht
von der Reformation der Kirche, wie solche
vor ungefähr 200. Jahren, so wol in Teutsch-
land, als einer löblichen Eydgenossenschaft vor-
gegangen. Auff Anlaß des hierum ange-
stellten Danck und Jubel-Festes &c. bey St.
Peter in Basel in gehaltener Morgen-predigt
vorgetragen, über Ps. CVII: 20. 21. durch Jo-
han Henr. Gernler; Pfarrer bey St. Peter, Ba-
sel: 6. plag. in 4.

16. Joh. Alphons Turretins Pfarrer und Pro-
fessoris der H. Schrift und der Kirchen-Ge-
schichten bey löblicher Stadt und hoher
Schule zu Genf, Predigt über das Jubel-Jahr,
welches eine hochlöbliche weltberühmte
Stadt Zürich, wegen des gottseligen Wercks
der Glaubens-Besserung andächtig den 1. Jen-
ner 1719. gefeyret, dazugleich als an dem

Wahltagē der Hr. Syndicorum der Stadt Genf diese Predigt allda gehalten worden. Zu männiglicher Erbauung in das Teutsche übersetzt, 5. pl.

17. Kurtzer Einhalt des Lieds Mosis über Exod. XV: 1. 2. in einer Predigt von Joh. Rudolf Dentzler, gewesenen Guarnison-Prediger zu Bonn. Zürich. 4.

18. Der Sieg über Babylon, oder teutsche Poëtische und Frolockungs-Rede. Gehalten auff dem Rahthause zu Winterthur von Joh. Caspar Sultzer, V. D. M. 4.

Sine nomine prodiere.

19. Fröliche Wieder-gedächtnuß des Wercks der sel. Reformation, Zürich. 4.

20. Bericht von dem zur danckbezeugender Wiedergedächtnuß der vor 200. Jahren höchstseligen Reformation in Frag und Antwort; Zurich. 8.

21. Schall und Wiederhall der Frey-jahrs-Posaunen, das Zions Sternen-Krantz; bekommen neuen Glantz &c. vorgestellt von einer hochlöblichen Ehrengesellschaft des Music-Saahls in Zürich. 4.

22. Carmen seculare, oder historischer Bericht, wie die reine Evangelische Lehr zu Basel auffgangen; auctore Zacharia Hemmingero; S. M. C. Basel, 4.

§. 10. Prodiit quoque hoc anno Lugduni in Batavis sequens scriptum, *Festivitas secularis*

ris anni MDCCXIX. celebrata a. d. XXIX. Mâji a
 Professoribus Theologiae in Academia Lugduno-Ba-
 tava, in 4. 6. pl. Non tamen eo designant com-
 memorationem prioris illius religionis emen-
 dationis, quae ante ducentos annos contigit,
 sed diem 4. Kal. Jun. a. MDCXVIII. quo sub
 auspiciis divinis coronis imposita est inclytæ
 Synodo, quae tum temporis Dordraci con-
 gregata auspiciatum finem motibus illis adtu-
 lit, quibus ea tempestate Belgica miseris mo-
 dis concussa fuit. Hujus concilii occasionem,
 progressum, acta, atque exitum narrant ce-
 leberrimi Lugdunensium Theologi, qui no-
 mina sua subscripserunt, JOHANNES a
 MARCK, FRANCISCUS FABRICIUS, JO-
 HANNES WESSELIUS, TACO HAIO
 van den HONERT, Deoque immortalis pro
 istis beneficiis, quae in ecclesiam per istam
 Synodum derivata fuerunt, solemnes ajunt
 gratias. Sed & addunt amicam quidem, at
 seriam quoque ad omnes Reformati orbis
 Theologos adhortationem, ut sibi cum ab
 omnibus erroribus per Synodum damnatis,
 quocunque etiam titulo blandientibus, tum a
 schismatibus, eorumque seminibus, caveant
 sollicite. Nimis mihi ἀξιωματικὰ viden-
 tur esse verba, quibus suam pro puritate do-
 ctrinae conservanda desiderium exponunt
 Viri praeclarissimi, quam ut hic omitti de-
 beant.

Utinam nunquam in posterū apud nos obser-
 ventur, sive Rationis Naturalis encomia nimia,
 sive Revelationis Supernaturalis opprobria,
 ulla (qui fons est & semper fuit, sive apertus si-
 ve opertus, plurimorum & gravissimorum er-
 rorum:) sed ita diligenter & modeste ex-
 colatur Ratio, ut tamen longe plus tribua-
 mus Revelationi, nec de hujus Veritate vel
 Dignitate, per Rationis abusum, quin etiam,
 per reductam Veterum Allegorumaniam, a-
 liquid unquam detrahamus, sive dictis sive,
 factis! Utinam nunquam somniemus de,
 Communi aliqua Religione, vel Hominum,
 vel Christianorum quorumvis absque discri-
 mine, quæ ad salutem sufficienter perdueat,
 quæque ita ad fraternam cum omnibus com-
 munionem nos pellat, ut puræ Veritatis,
 Evangelicæ & veræ Christianæ Charitatis,
 zelum omnem extinguat, sub prætextu In-
 finitæ Bonitatis Divinæ! Utinam, ex rite
 observato Revelationis Divinæ principio,
 sincere admittamus, non tantum naturale,
 dictamen Deitatis à Mundo distinctissimæ,
 sed & supernaturalia Christiana Myſteria,
 omnia! inter quæ excellunt illa, Sacro-San-
 ctæ Trinitatis, Æternæque & Veræ Deitatis,
 non tantum, sed & Generationis Filii, ac
 Processionis simul Spiritus Sancti, quæ neu-
 tiquam subsistunt unum sine alio, quæ cum
 Nominibus, & Authentia atque Sensu Ge-
 nuino Scripturarum huc spectantium, sunt,
 te-

tenenda, & quibus rejectis vel per cunicu-
 los suffossis, de Religione Christiana tota,
 actum erit. Utinam nec Divinis Perfectio-
 nibus, etiam summæ Unitatis, & absolutif-
 simæ Simplicitatis, & constantissimæ Immu-
 tabilitatis, & incomprehensibilis Immensi-
 tatis, & sanctissimæ Severitatis, & effica-
 cissimæ Gratia, nec Decretis, prorsus Æter-
 nis simul & Liberrimis, quidquam vere de-
 cedat! quo minus Deus impleat vim om-
 nem Nominis sui gloriosissimi. Utinam,
 deleto æternum Scientiæ Mediæ figmento,
 nunquam minuatur, aut quocunque prætex-
 tu tollatur, verus Dei tanquam Causæ Pri-
 mæ cum Creaturis Rationalibus tanquam
 Causis Secundis Concurfus in liberrimas il-
 larum operationes! à quo omnis non tan-
 tum Divinæ Gubernationis efficacia, sed &
 Præscientiæ & Prædictionis Certitudo vera,
 pendet. Utinam nec Supernaturalia Di-
 vinæ manus Miracula, per quæ se Naturâ
 constitutâ longe superiorem demonstrat ad
 omnium oculos supremus Dominus, vel ri-
 deantur in posterum tanquam conficta, vel
 ut minus solita minusque perspecta Naturæ
 ipsius opera ignorantia hominum meræ tri-
 buantur! Utinam Spirituum, tam Cœlesti-
 um quam Infernalium, doctrina, in Scriptu-
 ris palam ubique tradita, nunquam dein ri-
 denda proponatur, cum nefaria ipsarum
 Scripturarum torsione! Utinam nec Com-
 mu-

„munis omnium Reatus in Adamo, cum hu-
 „jus Fundamentis firmisissimis, nec secuta hinc
 „Corruptio Nativa, cum hujus Sequelis om-
 „nibus, ipso etiam Pædo-Baptismo, vel pro-
 „scribantur prorsus, vel per cavillas & exte-
 „nuationes varias tandem evanescant! Uti-
 „nam nihil laudabile & pulcrum tribuatur
 „Homini, per quod Necesitati & Veritati
 „Divinæ Gratia, illuminantis & sanctifican-
 „tis, quidquam decedat! Utinam nulla un-
 „quam Peccato tribuatur vera Realitas, per
 „quam aut in Culpæ societatem cum maxime
 „trahatur sanctissimum Numen, aut à Realiti-
 „tate plurima illius Causatio excludatur! Uti-
 „nam sarta tectaue sit semper Imputatio
 „Divinae Justitiæ Christi, ab ipso ut Sponsore
 „Unico pro nobis præstitæ, tam Activæ quam
 „Passivæ, secundum omnes partes suas, ad
 „Corpus & ad Animam ejus spectantes, absque
 „ulla prorsus exceptione, à qua pendet om-
 „nis salus & consolatio nostra in vita & in mor-
 „te! nec unquam, cum confusione Fœde-
 „rum Operis & Gratia, & sub Logomachia-
 „rum cavendarum prætextu, arrodatur Ju-
 „stificatio Salvandorum per Fidem solam,
 „tanquam Instrumentum Unicum apprehen-
 „dendi Justitiam Servatoris, efficacem ta-
 „men per Bona Opera, ad quam rite tenen-
 „dam ex Babele Anti-Christiana exire coacti
 „fueri Majores nostri, & exivere cum bono-
 „rum profusione & sanguinis copiosa effu-
 sione!

sione! Utinam nusquam foveatur aut serpat,
 Antinomorum Impietas, Peccata primum ip-
 sa, serium dein de Peccatis commissis Do-
 lorum, Precesque, seu ob eorundem Remif-
 sionem actualem, seu & alias quascunque,
 sub blandis prætexitibus tollens! Utinam ab-
 simus omnes longissime à vesanis Chiliasta-
 rum somniis, spirituali Regno Domini nostri,
 minime convenientibus, atque omni Impe-
 rio Humano metuendis, quin & à cerebro-
 sis horum Calculis, qui nos citius vel serius,
 risui exponant & iusto rubore suffundant!
 Utinam! ô Utinam! in illis & id genus aliis,
 capitibus nihil unquam Veritati per speciem,
 Charitatis, vel Charitati per speciem Veri-
 tatis decedat, sed simus semper, & reperia-
 mur à Domino ipso, ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ!

§. II. Nos his similibusque votis nostra
 jungentes, immortale Numen ardentissimis
 precibus veneramus, ut tanta per fortunatam
 illam sacrorum instaurationem parta commo-
 dat ueri nobis ac perpetuare velit, atque id ef-
 ficere, ut à posteris nostris, si qui futuri sunt,
 quando post annos centum laetissimis auspi-
 ciis faustus hic dies in orbem redibit, felix e-
 jus memoria celebretur, ut ecclesia aeq; à frau-
 dibus ac vi hostium externorum tuta, quam
 a dolis ac machinationibus errorum, turbo-
 numque in ejus sinu delitescentium immunis
 praestetur; Ne sub pietatis larva ejurati erro-
 res,

res, foedaque renovetur superstitio, ne sub praetextu vel novitatis, vel fanaticismi maculae ac genuinae pietati ponatur obex. Ne sub specie sanctimoniae neglectis divinarum, humanarumq; scientiarum studiis pristina vires acquirat barbaries, ne per literas elegantiores, quae divinae ac coelesti veritati deberent esse praesidio, ejus fundamenta tanquam per cuniculos subruantur ac disjiciantur. Ne sub titulo conservandae pacis, omnibus erroribus patulae aperiantur fo res, atque ars quidvis libere, hoc est, nihil credendi infelix caput efferat, ne vicissim nimio circa res adiaphoras, aut veritates, de quibus nobis nihil certi atque indubii divinae paginae docuerunt, rigore nova schismata gignantur, & vulnera ecclesiae per se, nimis eheu ! hiantia diducantur latius. Faciat illa quantocyus illucescere tempora, quibus *lux lunae erit, ut lux solis, & lux solis erit septupla, tanquam lux septem dierum.* Quibus *plena erit terra cognitione DOMINI, ut aquis mare operientibus.* Quibus *ab ortu solis ad usque occasum magnum erit nomen ejus in gentibus, & in omni loco suffimentum, & munus purum offeretur nomini ejus.* Quibus *ILLE Rex erit super totam terram, & erit unus, & nomen ejus unum.* Quibus illae audientur voces. *Ἐγενοντο αἱ βασιλειαὶ τοῦ κόσμου, τὰς Κυρίας ἡμῶν, καὶ τὰς Χριστῶν αὐτῶν. ΓΕΝΟΙΤΟ. T. d. H.*

P. v. S. V. D. M.

De SEPTEM DIACONIS Act. VI: 5.

Observatio, qua

Conjicitur, illos depingere Doctores
Ecclesiæ in septem N. T.
Periodis.

§. I.

Penitius mihi *septem Diaconos* (de quibus Act. VI, 5. mentio fit) STEPHANUM nempe, PHILIPPUM, PROCHORUM, NICANOREM, TIMONEM, PARMENAM & NICOLAUM contemplant, suspicio oborta fuit, num non hi suo *munere & nomine DOCTORES* sub *septem* N. T. Periodis adumbrare commodè possint? Illi enim in ΔΙΑΚΟΝΙΑ verbi Act. VI, 4. sunt ΔΙΑΚΟΝΟΙ 1. Cor. III, 5. quibus DEUS dedit ΔΙΑΚΟΝΙΑΝ reconciliationis 2. Cor. V, 18. qui & fidelibus, utpote *pauperibus* Luc. VI, 20. *pauperibus spiritu*. Matth. V, 3. *Suis ministrant donis*. 1. Pet. IV, 10. Inprimis has fovere possim cogitationes, quia *septem* solum, non plures nec pauciores numero, DIACONI apparent, & nomina eorum apprimè conveniunt PRÆCONIBUS Evangelii sub *septem* N. T.

N. T. Articulis, ut ita ordini *DIACONORUM* Periodi sibi subsequæ pulchrè respondeant; Casu enim tales *Personas nominibus* talem fundentibus sensum tali concinno sisti ordine, fortè non ita facile persuaderi poterit. Saltem eo jure, quo *Interpretes nomina septem Ecclesiarum* statui illarum applicant & *Adonikam, Bileam* &c. explicant, me quoque gaudere non sit prohibitum.

§. 2. Scenam ergo primam aperit *STEPHANUS*, qui plenus fide & Spiritu Sancto fecit prodigia & signa, primusque Martyr *ΣΤΕΦΑΝΟΝ* æternæ reportavit gloriæ, & ita primæ ob oculos ponit *Ecclesiæ DOCTORES*, qui non modo erant radicati in fide, sed & repleti Spiritu. Vide Act. II, 1. &c. imò miraculis inclyti, uti *Petrus* Act. III, 1. &c. *Paulus* Act. XIII, 6. &c. XIV, 8. &c.

Et his ut Equo albo insedit *CHRISTUS* habens arcum, cui (gloria & honore *CORONATO* Ps. VIII, 6. coll. Ps. XXI, 4.) data est *CORONA*, qui exivit vincens & ut vinceret Apoc. VI, 2. sub cujus vexillo *MINISTRIS* in patientia Apoc. II, 3. per tentationes &c. currendum & pugnandum erat, ut prehendendo acciperent *ΣΤΕΦΑΝΟΝ* vitæ Jac. I, 12. *ΣΤΕΦΑΝΟΝ* Justitiæ 2. Tim. IV, 8. *ΣΤΕΦΑΝΟΝ* non φθαρτον sed ἀφθαρτον 1. Cor. IX, 25. imò *ΣΤΕΦΑΝΟΝ* ἀμαρτυρον. 1. Pet. V, 4. quomodo XXIV. Presbyteri in singum *Victoria* gerunt *ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ* χριστος. Apoc. IV, 4.

§. 3. *Secundo* prodit PHILIPPUS, *amans equos*, itaque *Bellicosus*; Equi enim maximum in *Pellis* præstiterunt atque etiamnum præstant usum, quare *Equus VIRGILIO* Georg. II. 145. est *Bellator* & PROPERTIO Lib. IV. El. IV, 14. *Bellicus*, nam *Equus* aptatur ad diem prælii, Prov. XXI, 31.

PHILIPPUS hic non obscure notat *Evangeli* PRÆCONES, sub *Ethnicis* illis *Persecutionibus* per *Decem Dies Ecclesiam* affligentibus *Smyrnensem* Apoc. II, 10. *martiali* animo cum populo נרבות Ps. CX, 3. ad promovendum *Regni DEI* Adventum Matth. VI, 10. *belligerantes*. Ita super EQUIS præprimis *Ecclesiasticis* tum temporis equitavit JEHOVAH Hab. III, 8. quibus post *cruentam* luctam quoque *Victoriam* concessit. Ps. CXVIII, 15. Ita Apoc. VI, 4. exivit ἵππος ῥυγγῶν, EQUUS *rufus*, quo colore *Ecclesiam* ejusque PASTORES igneis & sanguineis rutilantes *Passionibus* pingi, notissimum est.

§. 4. *Tertiam* Temporis seriem pandit PROCHORUS, qui *ducit chorum*, designans PRÆSULES *Ecclesie* (quæ Cant. VI. 10. CHORUS *Mahanaim* audit) maxime sub ejus *Tutore* Es. XLIX, 23. *CONSTANTINO* M. tum enim *SERVI CHRISTI*, *Stellâ Arianâ* de Cœlo lapsa Apoc. VIII, 10. & *Antipa Teste Dei* *fideli* occiso non abnegarunt fidem. Apoc. II, 13. sed ut *Juvenes* frumento Verbi *diserti* redditi Zach. IX, 17. *oleum* & *Vinum* servarunt il-

lesum. Apoc. VI, 6. Tum Magnus EPISCO-
PORUM & PRÆCONIATICUM Exerci-
tus Pl. LXVIII, 12. CHORUM *Ecclesie* ducti-
tavit lectumque Salomonis mystici instar se-
xaginta *Heroum* ex Heroibus Israëlis circumde-
dit Cant. III, 7.

§. 5. Periodum *Quartam* exhibet NICA-
NOR, *Vir Victoriosus*, sub quâ quidem ANTI-
CHRISTUS superbe loquens 1. Sam. II, 3. &
Os in Coelum ponens Pl. LXXIII, 9. uti sævi-
ens *Mors* comite *inferno* quartam terræ par-
tem occidit gladio &c. Apoc. VI, 8. & ut *Be-
stia* VICIT sanctos (sc. quoad corpus) Apoc.
XIII, 7. ita ut fideles defecerint, Pl. XII, 2.
prosperaturus, donec ira transierit Dan. XI,
36.

Veruntamen tunc quoque erant DOCTO-
RES & DUCTORES cum *Elia* Zelantes 1. Reg.
XIX, 10. qui à malo non VINCEBANTUR
Rom. XII, 21. sed *Diabolum Malum* illum 1. Joh.
II, 13. & quidem per sanguinem *Agni* Apoc. XII,
II. imo *Spiritum Anti-Christi* & *falsos Doctores*
VICERANT. 1. Joh. IV, 4. Qui in omnibus
etiam miseriis & persecutionibus VICTO-
RES & plus quam VICTORES erant Rom.
VIII, 37. Unde illis, qui *Doctrinam Jesabelis*
non habebant & VINCEBANT potestas in
Gentes data est, Apoc. II, 24. 26.

§. 6. *Quintam* Periodum sistit TIMON, ho-
norans vel *Vindex* à *no* ulciscor, unde *nun* ho-
nor; *Honore* enim digni laborantes in verbo
& De-

& Doctrina. i. Tim. V, 17. tum non *Babyloniz*
Nebucadnezaris Deum & imaginem (Conf. Apoc.
 XIII, 14. 15.) sed cum sociis *Danielis verum*
HONORABANT Deum Dan. III, 12. 14. 17. 18.
 clamando magnâ voce cum *Angelo ἐν μεσση-
 ρωνυμῶν* : *Timete DEUM & date ei gloriam.*
 Apoc. XIV, 7. Nec minus in *Reformatione* (quâ
 Terra cognitione gloriæ & ita **HONORE**
DOMINI cepit impleri Hab. II, 14.) **DEUM**
 ut **ULTOREM** proclamant, cui est **VIN-**
DICTA & retributio Deut. XXXII, 35, **UL-**
CISCENDO suorum sanguinem Apoc. VI,
 10. Ita filia *Judæ* exultant propter *Judicia*
JEHOVÆ Ps. XCVII, 8. per priorem *Babe-*
lis casum, de quo Apoc. XIV, 8. facta *Tyrî*
VINDICANTIS Joël. III, 7.

§. 7. **DIACONORUM sextus PARME-**
NAS i. e. *Permanens* adumbrat *Constantes sextæ*
 periodi **MINISTROS**, qui à *Pseudo-Christis &*
Pseudo-Prophetis non seducuntur Matth. XXIV,
 24. sed conjiciendo se inclinant cum *Sponsa*
 super dilectum suum Cant. VIII, 5. non ad-
 hærent *Viti Sodomitica* Deut. XXXII, 32. sed ut
 palmites **MANENT** in **CHRISTO** (Joh. VI,
 56.) *verâ vite*. Joh. XV, 4. 5. nam uti justus
 non *movebitur*. Ps. XV, 5. Ita & hi **PARME-**
NÆ fideique *Confessores*, quando **DEUS** ho-
 ram *Tentationis* super totum mittit orbem,
 omnesque montes & insulæ ex loco suo *mo-*
ventur, ut rogetur : *Quis possit consistere* Apoc.
 VI, 14. 17. **PERMANEBUNT**, *Columnæ in Templo*

DEI non exituræ Apoc. III, 12. Paxilli enim Tentorii Hierosolymitani i. e. Ecclesie nunquam extrahentur. Es. XXXIII, 20.

§. 8. Agmen claudit NICOLAUS, Victor Populi, Profelytus Antiochenus, innuens LAODICENÆ Ecclesie in ultimo tempore Angelum, qui VICTOR in Throno cum Christo sedebit Apoc. III, 21. Tunc enim omnibus ex Genti- bus adducentur PROSELYTI. Conf. Es. LX, 4. &c. LXVI, 18. &c. non amplius Judæi, sed CHRISTIANI, quo nomine Discipuli ANTIOCHIAE primùm sunt insigniti. Act. XI, 26. Tunc peccatores consumentur de terra & impii non amplius erunt. Ps. CIV, 35. Hostes se Israëli subjicient &c. Deut. XXXIII, 29. populus enim Dei Justus in seculum possidebit terram Es. LX, 21:

Et ita ope MINISTRORUM Evangelii JEHOVAH proclamabitur Rex totius terræ Zach. XIV, 9. JEHOVÆ namq; erit Regnum Obad. vi, 21. imò omnia Regna DEI & CHRISTI ejus erunt. Apoc. XI, 15. DEUS enim disperget populos belli cupidos Ps. LXVIII, 31. dabitque fortitudinem REGI suo & cornu MESSIÆ sui exaltabit 1. Sam. II, 10. ut VICTORIS instar, qui VICIT mundum Joh. XVI, 33. tollat Caput Ps. CX. omnesque populi illum beatum prædicent Ps. LXXII, 17. Huc spectat Δοξολογία illa Matth. VI, 13. Tuum est Regnum & Potentia & Gloria in Secula Amen!

Veni Domine IesV aC Veni Cito!

D. HENR. MUHLII,

*Procancellarii ac Theologi in ecclesia
& Academia Holsatica
primarii,*

Brevis designatio commentationis pargicae de veris genuinisq; natalibus Teutonicae vocis KIRCHE, à summo Theologo D. Johanne DIECMANNO, ac celeberrimo Historico Joh. Georgio ECCARDO nuper admodum erudite diligenterque pervestigatis ad Max. Rev. Virum D. Theodorum HASAEUM, Theologum Bremensem, & Academiae scientiarum regiae Berolinensis socium. Kiliae: 1719. 4. 8. pl.

S. I.

Segmentum tertium secundi fasciculi classis secundae hujus Bibliothecae aut potius J. G. Eccardi & J. Diecmanni, eruditissimorum ac merito suo celeberrimorum Virorum, ibi cum adductae, tum citatae de *etymologia* vocis Germanicae **KIRCHE** diatribae, huic per-

eleganti commentationi dederunt occasionem. Ostendit sane illâ, Vir non dignitate magis, quam meritis Venerandus, primus sacerorum in Cimbria Antistes, neque magis illius, quam meae patriae, quam & ille suam, quod impense gaudeo, agnoscit, praecipuum ornamentum, quid in omni literarum, etiam politiorum genere valeat, si velit. Et si, acerrimo oculorum malo, conflictatus, tantum multivariae eruditionis apparatus promere, & de re, quae fortassis alicui morosiori non maximi ponderis esse videri queat, tam scite, tam accurate, tam copiose commentari potuit, quid non ab illo expectemus, quando quod mox futurum speramus, valetudini suae integrae restitutus, ad res majoris momenti tractandas animum suum serio adungere illi collubitum fuerit? Sane nobis valde gratulamur, quod & hoc, in quo versamur, institutum, suo probare pollice, atque talem de illo ferre voluit sententiam, quam alii non tam acri ejus, quo alias pollet, iudicio, quam nimio, quo in nos fertur, amori tribuendum esse censerent. Profitemur tamen illâ ad strenue hoc opus porro urgendum nobis additum esse calcar, ejus unius arbitrium in hac causa facientes pluris, quam centum aliorum, qui, nisi quod ipsi fecerint, nihil rectum putant. Sed age, ipsum scriptum illud tibi *ἐν ἐπιτομῇ* nunc exhibeamus.

§. 2. Adductis itaque atque explosis di-
ver-

versis virorum doctorum Lipsii, Merici Casauboni, (a) Becani & Schrieckii de illa voce conjecturis de studio etymologico varia lectu digna notantur. Ostenditur itaque, tametsi hoc studiorum genus leve quibusdam, neque magnorum virorum indagatione dignum videtur, magnas tamen habere

Ll 4

con-

(a) Fateor illam, qua suspicatur *Kirche* dictam quasi *Κηρυκειον*, i. e. locum, in qua *Κηρυκες*, sive praecones publice dicant, sive voce *Κηρυκ* convocatus populus sit congregatus, omnibus aliis palmam dubiam facere, si analogia & formalis & materialis in rebus Etymologicis rem possent conficere. Quid enim sono τg nostrorum *Karke*, & Belgarum, Scotorumque *Kerke* propius accedit, quam *Κηρυκειον*? Et qua voce congregationes nostrae & loca iis dicata, atque eum in finem extruata, ut των *Κηρυκων* sermones in iis resonent, sive in quibus verbū Domini *Κηρυζεται*, insignirentur aptius, quam των *Κηρυκειων*? Sed vel ex hoc exemplo discatur, neque literarum, neque significationum similitudinem in vocum originibus ostendendis sufficere, si alia sint, quae obstant. Quemadmodum ab alia parte nomen natales suos debere potest alii, etsi paene nulla literula ejus ei restat. Exempli loco sit Hispanorum *Iglesia*, Gallorum *Eglise* & Itolorum *Chiesa*, quae nostro *Kirche* respondent. Illas originem suam debere Græcorum *Καλειν* vel Ebræorum *קריה* nemo iverit inficias. Et tamen paene nihil literarum huic filiae à matre sua relictum est. Quae si observentur diligentius, non tam contortis atque ineptis Etymologiis multorum scaterent libri.
T. d. H.

conjunctas utilitates, si modo certas sequamur regulas, neque sola saepe literarum ac pronunciationis aliqua similitudine fulti ridiculas saepe & perabsurdas derivationes eliciamus. Quin eos quoque non operam perdere, qui ex ipsis Philosophiae fontibus artem hanc explicant, id quod exemplo (b) Claubergiano confirmatur. Apprime autem illi studio conducere diversarum linguarum collationem, quae docebit similitudinem, quae inter illas est, à communi quodam fonte, ex quo reliqui veluti rivuli promanarunt, derivandam esse. Omnium autem linguarum primam ac matrem esse Ebraeam, cujus faciem atque indolem reliquae omnes, licet inter tot rerum vicissitudines tantoque saeculorum

(b) Claubergianum illud opus, quod de *causis linguae Germanicae* inscripserat, quodque omnium meritum fuisset calculos, si suis absolutum fuisset numeris, post praematura ejus fata in manus venit Cl. Viri Henr. Christ. Hennini, ejus Collegae. Quum autem cum reliquis hujus libris Ultrajecti venum in auctione publica exponeretur, laxas praebiturum fuisset scombris tunicas, quod à nemine pretium illarum chartarum cognosceretur, nisi ego tum forte adstanti mihi Cl. Burmanno rei fecissem Indicium, cui etiam per exiguo pretio, quod ego, quae mea erga summum Virum merito suo erat observantia, contra illum liceri non auderem, cessit. Bonum tamen factum est, quod illius copiam factam esse celeberrimo Eccardo cognoverim, qui, si eum recte novi, non patietur rempublicam literariam ejus usu carere.
T. d. H.

rum decursu immutatae, nondum prorsus deposuerint. Praecipue autem in Germanica lingua, quamvis non omnes ejus voces ex Ebraea sint derivandae, tot tamen ejus restare vestigia ac rudera, quot in nulla lingua alia reperiuntur. Unde pulcherrimum consilium iniisse censentur, qui non solum illius, sed & illi adfinium Septentrionalium linguarum Suecicae atque Danicae collationem cum Ebraica instituerunt, eumque in finem optatur, ut Olai Rudbeckii *thesaurus linguarum Asiae & Europae harmonicus*, cujus jam supra pag. 57. hujus Bibliothecae classis mentio facta est, quam primum publice prodeat, cujus se vidisse specimen testatur venerandus auctor, ex quo illud opus in re etymologica, variaque doctrina egregie profuturum judicat. Qui porro in re Etymologica feliciter versari velit, eum non solum linguae Ebraicae, sed & reliquarum Orientalium atque omni rerum publice in orbe gestarum scientia debere imbutum esse, quae cum caruerint superioris aetatis scriptores ad tam ineptas ac futiles etymologias dilabi potuisse, non esse magnopere mirandum docetur.

§. 3. His itaque praemissis ad investigationem etymi vocis KIRCHE transitur, & quidem vulgarior illa, derivatio, quam nuper Cl. Eccardus egregie illustravit, qua nimirum

ex lingua Graecâ (c) natales ejus accersuntur, subjicitur examini. Et cum nonnulla, quae ad illustrationem ejus facere possunt adducta, & utramque Graecam vocem *Κυριακή*, & *Κυριακόν*, ut vel *οικία* vel *οικημα* (addo etiam *οικερον*) subintelligatur, originem dare voci *Kirche* potuisse, cum & pronuntiatione & significatione conveniant apprime, ostensum esset, quæ tamen illam originationem dubiam faciunt, porro producuntur. Scilicet primo notatur Germanicam hanc vocem, quae re-

(c) Non magis perspicue illa ab ullo, tradita est quam à Capello, in syntagm. Theol. SALMURIENSIIUM T. III. d. XLIV. §. 30. Non pigebit ipsa verba adscribere, quod illa mihi semper arrisit omnium maxime, neque adhuc causas videam, cur ab illa discedendum sit, si verum fateri liceat. *Κυριακή* vel *Κυριακόν* Graecis dicta est aedes sacra, sic dicta à *Κυριο* Domino nostro J. C. qui sic communiter à Christianis *Κυριος* ἀντρονομασιως dicebatur. Aedes nempe Sacrae omnes soli Christo Domino dicabantur, atque in ejus cultum & honorem à fidelibus exstruebantur. Eadem de causa Latinis aedes sacra dicta est etiam Dominica vel Dominicum. Aptiore illo graeco vocabulo, aedes sacra etiamnum hodie à Germanis *Kirch* ab Anglis *Church* à Scotis *Kerck* dicitur. A posteriore Latino Episcopalis seu cathedralis, & quam Pontificii Collegiatam appellant, ecclesia isdem Germanis dicitur. Dom, nisi quis malit hoc nomen à Latino Domus deducere, quia aedes sacrae sunt Dei domus, atque ita etiam dictae sunt, Christianorum aedes sacrae apud Eusebium L. VII. c. 30. Confer. Wolffg. Gundlingium ad Conc. Laodic. Can. XXVIII. & Perarionum in symb. p. m. 604. T. d. H.

respondet τῆ Graecorum ἐκκλησία, quae vox oritur a καλεῖν, vel potius ab Hebraeorum שַׁבָּת, patere latius, quam το κυριακον vel κυριακην, quae pro solo (d) congregationis loco sumantur, cum illa aequae populum congrega-

(d) Sed, quid causae sit, cur hae voces non possint coetum fidelium notare, vix perspicio. Cum enim in veteri ecclesia omnia, quae ad τὸν Κυριον pertinebant, illis nominibus indigitarent, Diem, templum, bona, ejus honori dicata, quin & ipsum à τῷ Κύριῳ institutum sacrum epulum, cur non & ecclesia sensu latiori sumta ita potuisset appellari, quae est Domini corpus, sponsa, peculium, populus, templum, haereditas? Et, si nunc non occurrat locus, in quo ita diceatur, minus tamen accurate inde colligas, nunquam ita dictam esse. Ecquis enim omnium Veterum scriptorum loca pervolvit? Et cui illa est vis memoriae, ut omnia loca, in quibus illam appellationem legit, ei confestim occurrant. Sufficit Κυριακην & Κυριακον & populum Domini, & locum, in quo ille congregatur, indicare posse percommode. Saltem *Dominicum* corpus notat ecclesiam. Ita in Cod. Can. Eccles. Dionysii Exigui in Bibl. Juris Can. T. I. p. 156. *Eligimus cum memoratis hominibus, quamvis de Domini corporis unitate inquieta dissensione praecisis, leniter & pacifice agere.* Atque haec in Cod. Can. eccl. Atrianae ibidem pag. 364. ita vertuntur. *Καν ει το μαλιστα εκ της 18 ΚΥΡΙΑΚΟΥ σωματος ενωσεως ανησυχασω διχονοια αποχιζωσιν.* Ceterum, quod obiter moneo, locum, in quo olim presbyteri vel salutationibus vacantes, vel audiendis negotiis occupati confidebant, alias dictum *secretarium* vel *receptorium*, dictum quoque *Dominicum* notavit ad *Sidon.* Apoll. L. V. ep. 17. Joh. Savaro. T. d. H.

gatum quam locum conventus indicent. Deinde vix ostendi posse observatur, qua ratione vocabulum illud ad Germanos à Graecis fuit traductum, cum ignoratum fuerit Romanis, per quos tamen religio omnis ad Teutonas pervenit. Celeberrimus quidem Ecardus loco citato huic dubio jam iverat obviam, ostenderatque id factum esse per Scotos atque Hibernos seculo II. X. frequenter Graeciam adeuntes, qui inde reduces fidem Christianam in Germaniam intulerunt, illorumque ecclesiis Praesules ac Doctores, monasteriis autem monachos suos dederunt. Conceduntur haec omnia non solum, sed & confirmantur inter alia ex eo, quod Britanni à sacris Latinorum olim alieniores & ritibus ecclesiarum Orientis adsueta in Germaniam inferre potuerint vocem Graecorum, ignoratam Latine, id tamen reapse factum neque inde sequi, neque ullo idoneo auctore probatum esse judicatur. Quin vocem Kirche non solum antiquiorem esse saeculo octavo, sed & ante coepta Christianae religionis primordia inter Teutonas fuisse tritam liquido affirmatur.

§. 4. Pari porro ratione Venerandi Dieckmanni conjectura examinatur, qua vocem Kirche putaverat esse Isidori *chirihha*, ex *chi*, quam particulam Germani nominibus suis saepissime praeponerant, & *riihha*, quod notat *regnum*, compositum, ut indicet *Regnum*, cum

cum ecclesia sit *Regnum*, in quo *Christus regnat*.
 Multa, quae ad hanc originationem proban-
 dam illustrandamque facere possunt, erudite
 in medium afferuntur, ita tamen, ut & scru-
 puli injiciantur, qui illam minus faciant vero-
 similem. Scilicet *chi*, *gi*, *ki*, non promiscue
 praeponi vocibus, sed solum illis, quae ver-
 bis originem debent, vocem autem *rihba* ver-
 bum quidem peperisse, sed ex quo ipsamet
 exorta non est. *Praeterea* illud praefixum *chi*
 singularem emphasia, ac pondus vocibus, qui-
 bus praefigitur, adjicere, quod tamen heic
 deest. *Denique* cum materialis & formalis a-
 nalogia in indagandis etymologiis praecipue
 spectari debeat, hanc illi deesse, & num notio
regni Christi significationi ecclesiae perapte
 quadret, maxime ambiguum incertumque vi-
 deri, scribitur.

§. 5. Atque ita paulatim ad novam quan-
 dam opinionem producendam via sternitur.
 Videlicet veteres Germanos in nemoribus sa-
 cra sua ut plurimum peregisse. Huc frequen-
 ter convocatum, congregatumque fuisse
 populum, quas congregationes singulari quo-
 dam nomine appellatas fuisse sit verosi-
 mile; Tale posse esse nostrum *Kirche*, cujus eti-
 am memoria in vetustissimis Saxis conservata
 fuit, utpote, quae proprie *convocationem*, *congre-
 gationemque* populi significat, quod patet ex ali-
 is vocabulis illi synonymis prorsus, v. gr. *ladhun-
 ga* sive *gelathunge*, & *gesamenunga*, vel *samanunga*,
 qui-

quibus in vetustis Germanae linguae monu-
 mentis id exprimitur, quod alias *ecclesiam* dici-
 mus, quodque Judaeorum *Synagogae*, Medo-
 rum *Angiuman*, Turcarum *Dirnegh-yeri*, Grae-
 corum *συναγωγῆς*, Latinorum *Conventicula* indi-
 cant. Atque ex hac notione vocis *Kirche* /
 quae olim rectius scribebatur *Kiribha*, quasi
 animam ac substantiam, ejusque originem ex
 lingua Ebraica, in qua materialis aequae ac
 formalis ejus analogia reperitur, repetendam
 esse statuitur. Nimirum ex voce *קרא*, qua-
 tenus *convocandi*, *obviam eundi ac veniendi*, rati-
 onem habet; quae potissimum deprehenditur
 in nomine *מקרא*, quo sacri ac sabbatici con-
 ventus designabantur, sicut antiquior vox
Kilche; quam etiamnum retinent Helvetii, à
קה, & veterum Anglo-Saxonum *gemote* &
mote, quo conventus publicos, indicant à *מועד*,
 sint arcessenda.

§. 6. Praecipue cum eidem radici *קרא* quo-
 que aliae propagines debeantur; v. gr. vox
chry, qua symbolum ecclesiae Alamannicae a-
 pud Goldastum designatur, Gallorum *crier*,
 Itolorum *gridar*, Germanorum *freischen* / & si-
 bilo praefixo *schreyen* / Graecorum *καίσιον*, *καί-
 πυσσιον*, Latinorum *curia*, *cors*, *cohors*, Veterum
 Germanorum *haran*, clamare, *Cair*, vel *Cer*,
 quae vox illis urbem significabat, uti Ebrae-
 orum *קיר* vel *קריה*. Neque id mirum nobis
 videri debere, cum è Phoenicia, cui tot alia de-
 bemus, vocum quoque ecclesiasticarum ori-
 gines,

gines saepe petendae, quod probatur voce *ἐγκαινία*, quae descendat ab Hebraico *קנה* vel *הנכה*, qua occasione de vocibus *Kirch*, *Weyhe*, *Kirch-Messe*, & Suecorum, Danorumque *Disting* differitur. Monetur porro, si quis vulgarem originationem à *κῆριακω* velit retinere, ipsam illam vocem ut et *κῆριος* à *קרי* derivari posse, cum ejus radicis emphasis non simplicem solum convocationem, sed quae publica sit auctoritate, quae Graecis dicitur *κῆριος*, significet.

§. 7. Coronidis loco de etymo vocis *Dom* vel *Thumb*, qua Germani ecclesiam cathedrallem designant, conjectura, rejectis aliorum hariolationibus proponitur. Petendum nimirum illud ab antiqua Teutonum, ut & Anglo-Saxonum, & veterum Gothorum voce *tuom* vel *duom*, quae *Judicium* designat, quod scilicet in Capitulis illarum ecclesiarum causae ad hoc forum pertinentes solebant dijudicari, asseritur. Ceterum & hujus vocis natales deducendos esse ex Phoenicia, verbo nimirum *דן*, cum facilis sit literarum m & n permutatio, unde & priscis Germanis *Ding*, unde & *Ding Stuel* / *Dinghoff* / denotarit comitia & judicia. Atque ita huic diatribae quam uberioris commentationis tantum fore *προδρομὸν* ac designationem promittitur, imponitur finis, posteaquam sensus atque usus
 , ety-

etymologicae hujus disquisitionis moralis tandem brevibus esset indicatus.

§. 8. Atque hoc argumentum est hujus exercitationis, quam nemo politioris literaturae cultor sine fructu leget, cum passim per eruditae observationes, quas haut facile heic quaeras, sint interspersae; Illaque porro cum modestia, & debita erga aliter sentientes observantiae significatione omnia tractantur, ut exemplum possit esse aliis, qui a se dissentientes ferre nequeunt, & non sine insigni literarum humaniorum opprobrio, ejusmodi opinionum divortia haud aliter quam scurrilibus convitiis tolli posse arbitrantur. Quod si autem meum de tota hac re iudicium postules, scias, me non tantum mihi sumere, ut inter istos rei etymologicae, quin potius eruditionis constituendae Trium Viros sedere arbiter audeam.

-- MANET ALTA MENTE REPOSTUM
JUDICIUM PARIDIS! -- T. d. H.

THEODORI HASAEI

De formali קר & קרא signifi-
catione

Observatio.

ARGUMENTUM.

In indaganda vocum origine ad formalem significati-
onem radicalium est attendendum §. 1. Ea autem
formalis est, quam indicat ipse sonus. Praecipue si sit
animalium §. 2. קר latet in avium nominibus. Galli
& Gallinae voces קריאת. קריץ. §. 3. Gruis. Con-
gruere §. 4. Multae aliae aves dictae à Sono §. 5.
קרא verosimile est esse cornicem §. 6. קר occurrit
in vocibus, quibus animantium sonitus indicantur.
קרא §. 7. Atque in aliis vocibus sonum editum no-
tantibus apud Ebraeos, Chaldaeos, Arabes §. 8. Grae-
cos §. 9. Latinos. Creare, Curiones §. 10. accersere §.
11. Hispanos, Italos, Gallos, Anglos §. 12. Germa-
nos, Belgas, Saxones §. 13. Cum autem voce edita
alii alliciantur, & congregentur, hinc קר con-
gregationis habet notionem, quod exemplis ostendi-
tur, quae loca congregationis indicant §. 14, 15. Et ip-
sam congeriem, apud Hebraeos, Graecos, Latinos,
Gallos §. 16. 17. An etiam huc כר, & cognatae vo-
ces quatenus greges animalium indicant, sint refe-
rendae? §. 18. קרקר. Locus Num. XXIV: 17. Mes-
sias comparatur Gallinae. Cur non in N. T. aquilae
§. 19, 20. Locus Es. XXII: 5. explicatur, §. 21.
Class. III. Fasc. III. Min Twp

Ⲑⲱⲱ ⲟ̅ versio in loco Num. cum textu Ebraico conciliatur. §. 22. Qualis est ratio ⲧⲛ ⲕⲣ, talis est etiam ⲧⲛ ⲕⲣ. L & R permutantur saepissime §. 23. ⲕⲣ indicat sonum apud Chaldaeos & Ebraeos §. 24. De phraſi Ⲁⲕⲕⲣⲛⲁ, §. 25. Apud Graecos §. 26. Latinos, §. 27. Gallos, Anglos, Belgas, Germanos. §. 28. Occurrit in vocibus, quae Gallinarum sonum indicant §. 29. Habet & notionem congeriei. §. 30. Hae observationes non carent utilitate §. 31. Ad vim vocis Germanicae Kirche / exprimendam nihil aptius est ⲧⲱ ⲕⲣⲀ §. 32. Conclusio. §. 33.

§. I.

Quod Viri in linguarum, praecipue Orientalium studiis versatissimi pridem observarunt, in indaganda vera vocum cum origine tum significatione, adtendendum esse praecipue ad literas ejus radicales, sive, ut alii vocant, characteristicas, aut seminales, quae plerumque duae sint, harumque primam & formalem notionem, ex qua deinceps variae cognatae voces facili negotio deducantur, id quoque usu venit in vocibus Ebraicis ⲕⲣⲀ & ⲕⲣⲀ, multarum significationum, quarum non nemo ultra triginta enumeravit, feracibus. Caspar Neumannus, qui hanc hypothesin singularibus scriptis illustravit egregie, in *Genesi* linguae S. pag. 56. significatum ⲕⲣⲀ formalem & primarium esse occursum & obviationem rei undecunque & quomodocunque ad aliquid venientis esse, atque inde etiam illum, quo

quo vocem *alloquentis*, vel *acclamantis* denotat, derivandum esse existimavit. Sed cum natura rei doceat, vocem aliquem appellantis atque accersentis ejus adventum atque occursum antecedere, quidni *illam* notionem *huic* praeponendam & fundamenti loco substerendam esse judicemus? Mihi, cum his diebus recensita modo dissertatio de hac re cogitandi plenius occasionem praeberet, in mentem venit anne formale τϛ ϛρ, significatum *convocandi*, *congregandique* sit, atque e sono avium, praesertim è genere gallinaceo peti debeat.

§. 2. Eum in finem id mihi primo loco concedi postulo, quod vix quemquam in hoc literarum genere haud prorsus ἀμνητον, (reliqui autem de hac re non facile iudicium tulerint) mihi denegaturum confido, illam vocis significantiam prae aliis maxime genuinam esse habendam, quae ipso sono docetur sine alio magistro. Nam ipsa, ut Lucretius ait, *varios linguae sonitus natura subegit Mittere*, & bene multa verba sunt, quae Graeci vocant ὀνομασποιητικὰ sive πεποιημένα, & quae Gallice diceret *paroles parlantes*, Latine *verba loquacia*, quorum aliquem catalogum exhibuimus hujus Bibliothecae T. I. p. 40. quem nunc, si id ageretur, longe sistere possemus locupletio-rem. Porro, si id accedat, ut ejuscemodi sonum ipsa natura mutis atque ἀλογαῖς animantibus impresserit, ita, ut quanquam talia sint,

nos tamen, quid velint, doceant, parum abest, quia hinc vim atque nativam vocum ἐμφασιν derivandam esse audacter affirmem. In hunc autem censum referendum est קר, quo variae aves, atque inter eas praecipue gallus ac gallina, compares suos, aut pullos convocaturi, utuntur. Atque inde factum est, ut in ipsis nominibus, quibus in diversis linguis cum ipsae aves, tum, quos edere solent soni, insigniuntur, ejus vestigia deprehendas.

§. 3 Incipiamus à Gallo. Cantusejus vocatur Talmudicis קריאת. Ita in codice Joma c. I. §. 8. המזבה בקריאת הנבר - - ולא היתא קריאת הנבר מנעת עד שהיתה עזרה מלאה מישראל: *Quotidie purgabant altare tempore gallicinii -- nec instabat Galli cantus, quin atrium repletum esset Israelitis. Et notum est illud Rabbiorum, quod in eodem libro occurrit f. 20. היוצא לדרך קודם. Qui prodit ante cantum galli, sanguis ejus esto in capite ejus. Vide Buxt. in Lex. p. 384. & 2116. Anne ejusdem radicis sit קריץ, vel קריצא, quibus Targumici tempus matutinum, vel gallicinii significant, despiciant alii. Quod autem Talmudici vocant קריאת est Syris, מקרא; Salmim ea voce utuntur Marc. XIII: 35. Ejusdem autem & soni & significationis est Anglorum Crow, vel Cockcrow, Belgarum Kraaejen, Germanorum Krähen, nostrorum Kreien.* Et huc

Latinorum refero *CuCuRiRe*, & *GRacillare*,
 quarum vocum usum docet Ovidius, vel
 quisquis carminis Philomelae auctor est vs. 25.
Cucurire solet Gallus, Gall'na gracillat. Arabibus
 כרורי notat *vocare gallinam.*

§. 4. Porro sono, quem profert, nomen
 suum debet, ut apud Latinos, ita apud alias
 gentes *GRus*, dicta Germanis *KRanich*, veteribus
 Cambro-Britannis *garan*, Belgis *KRaan*, Anglis
CRane, Graecis *γερανος, γερων*, Hebraeis *אנור*,
 Arabibus *כרקי Kurki*, Chaldaeis *כורכיא*, qua
 voce utuntur, Targumici Jer. VIII: 7. Unde
 & apud Talmudicos *כ' כורכיא* est vocife-
 ratus est *instar gruis*, quod Latini dicunt *gruere*,
 (Unde *congruere*, i.e. conspirare, metaphora sum-
 ta a gruibus, quae nunquam solae, sed simul vo-
 lantes g & r clamore suo exprimunt. Unde
 Glossarium, *congruere*, (*συναινειν*) Hispani *grul-
 lar* Galli *gruir*, Angli, *crunck, crunckle*, Graeci
γερωνιζειν. Nullae enim fere aves gruibus sunt
 vocaliores, & ab ipsa naturâ pulmones gruum
 ad sonum clarum edendum factos esse obser-
 varunt physici, unde non solum in sacris Es.
 XXXVIII: 14. sed & passim apud alios scri-
 ptores clamor gruum celebratur.

§. 5. Atque ita *grui* accidit quod & aliis
 avibus *turturi, cuculo*, quibus a voce, quae e-
 dunt, datum est nomen. Nos huc referimus
currucam, & *Κεεξ*, quod est nomen avis Aegy-
 ptiacae, rostri praeacuti, & ferrati, quam
 Eustathius à sono dictam vult, & veterum

Celtarum *gryr*, vel *cryr*, quibus denotabant ardeam; & Gallorum *crecerelle* vel *crefferelle*, ut & *grole* & *graye* quae notat latinorum graculum, ut & *grillum* qui Gallis est *grillon*, & Belgarum *Kreckel*, & Anglorum *cricket*, & eorundem *Scray*, quae illis est hirundo marina. A sono tali dicta est rana Gallis *grenouille*, Arabibus קורון *Korron*, & קיראון *Kirahon*, ut & *Cervus*, qui Graecis est *Κεραως*, & quorum gloricitare Ebraeis dicitur עריב Pf. XLII: 1. Joel. 1: 20. Anglis *To crown* vel *croyn*. Neque dubito, quin huc pertineat *corvus*, *cornix*, Latinorum, Graecorum *κοραξ*, *καρωνη*. Ebraeorum עורב. Gallorum *corbeau*, *corneille*. Anglorum *crow*, Germanorum, *Kröhe*, quam Saxones nostri dicunt *Kreye*, *kreyaalken*.

§. 6. Quam vocem cum cogito, parum abest, quin eam esse eandem putem cum Ebraeorum קורא, vel ut Rabbini & Chaldaei scribunt קוראה, quae aliquoties in sacris literis legitur. Avem illam designare certum est, Qualis autem avis sit species, de eo certant, & adhuc sub iudice lis est. Lutherus in loco Jer. XVII: 11. generaliter vertit *avem*; sicut in altero loco 1. Sam. XXVI: 21. perdicem. Judaeorum plurimi hanc posteriorem significationem sequuntur, inter quos etiam est Salomon Jarchi, qui tamen alicubi de cuculo interpretatur. Multi alii de ave quadam Aegyptiaca oblongi rostri explicant. Bochartus fatetur nihil certi hic posse definiri, *avem*
que

que esse nobis ignotam, suspicatur tamen esse gallinaginem, quae Græcis dicitur σκολοπαξ, alias Latinis *ruficula*. Sed quid si de cornice interpretemur? Certe loca illa scripturae, in quibus illius vocis fit mentio, nihil habent, quod huic conjecturae repugnet. Atque ita Alexandrini interpretes sumsisse videntur, qui in loco Samuelis vertunt *νυκποροαα*, In codice ברכות 57: 2. describitur *avis infausta, strepera & clamosa*. Targum illa utitur in loco Es. XXXIV: 15. ubi occurrit Ebraicum קפ, quod etsi quid proprie significet, ignoratur, certum tamen est, avem indicare deformem, ominosam, & vocis ingratae. Cui autem haec conveniunt melius, quam cornici? Accedit, quod literae, eadem sint cum illis, ex quibus vox Germanica *Krābe, Kreye* constat, qua illi cornicem significant. Ita ut Germania nostra sit auxilio Phoeniciae, sicut haec alias illi, id quod utrinque saepissime, & saepius quidem, quam facile credas, fieri solet.

§. 7. Praeterea illas literas cr vel gr vel kr in verbis, quibus animalium, praecipue avium clamores indicantur, deprehendimus frequenter. Apud Arabes קרתין est rugitus קרא garrivit ut avis, quod Galli appellant *Cringotter, Scry* Anglis notat agmen volantium & clamantium volucrum. Κρωζειν, κροατειν *cro- cire, Crocitare, crouasser* (unde *crouassément*) & Hebraeorum קרקר & Slavonorum *Kirkati*

de clamore dicitur corvorum & cornicum. *Gratitare* est anserum, *χρεμιζειν*, & *χρεμεπιζειν*, unde *χρεμεπισμ*, equorum. *Γρυζειν*, *γρυλιζειν*, *grunnire*, *gronder* suum. *Γρυλιζειν* coturnicum apud Pollucem; *κροτειν*, *ciconiarum*. *Kirren*, *girren* Columbarum apud nostrates cum quo convenit Arabum *קרקר* *Karkiron* & Anglorum *croo' crook*, *crokel*. *Criailler* ranarum, quod Angli dicunt *to croke* vel *croasser* i.e. coaxare. *Crown* vel *croyn* corvorum apud Anglos. *Κειγη* noctuarum. Atque ad hanc radicem *קרא* potius spectare putem Hebraeorum *מקרא* rostrum quod rostro utantur aves editurae clamorem, quam ut cum Buxtorffo ad *נקר* eam referam. Saltem avium guttur, quo clamant, dicitur Arabibus *קריא*.

§. 8. Neque solum animalium sonitus illis literis indicantur, sed & variae aliae sunt voces, quibus notio inest editi soni, quae iisdem literis *קר* vel *ק* vel *gr* significatur, atque illud tam in linguis obsoletis, quam quarum usus etiamnum viget, mira quadam *συμφωνεια* usu venit. Huc refero Arabum *قار*, *clamavit* Chaldaeorum *קריא*, quod est celebris, de quo multi sermones fiunt, *קרתיוא*, i. e. sonus, clamor, *קרקשתא* estictu sonū edere, unde *קרקשתא*, tintinnabulum. Et quidni huc referam *צרה*, vociferari, unde *צריה*, i. e. specula, ex qua speculatores indicanda promulgant. Huc spectat Chaldaeorum *קרץ*, promulgavit, unde fit *כרו*, *clamavit*, quae radix apud

apud Syros in Aphel, & Arabes in conjugatione prima occurrit, כריא praeco, unde Dan. III: 4. legitur כרווא קרא praeco clamavit, קרסוית est clamor, vociferatio. Atq; huc commode referes קריץ, quod habet notionem innuendi, & admonendi apud Hebraeos, & criminandi, accusandi, calumniandi, quod sine elata voce fieri nequit, apud Chaldaeos. Hinc קרצא, קורצא apud Rabbinos est accusatio, criminatio & Arabum קארצת Karitzaton, maledictum, convitium, קרא apud Syros est canere tuba, קורה est consolatio. Apud Arabes קרא habet significationem *deliberandi, confitendi, interrogandi*, כר notat edidit sonum e pectore, unde כריר ipsis est talis e pectore editus sonus. מקרר interrogandi & respondendi significatione venit, uti קרישתו est flere cum clamore (nota nostrum *Kreischen.*) קראנ' plorabundus. Et quis nescit varias illas קרא apud Hebraeos non solum, sed & Chald. Syros & Arabes significationes, quae omnes clamorem aliquem innuunt, v. gr. *vocandi, accersendi, advocandi, appellandi, pronuntiandi, publice profutendi, provocandi, cantandi, invitandi, exclamandi, proclamandi, contendendi, inclamandi*, idque verbis conceptis & significantibus, *praedicandi, celebrandi, invocandi, salutandi, docendi, legendi*, & quae id genus plura sunt in lexicis passim obvia.

§. 9. Neque pauciora hujus rei vestigia in Graecorum Romanorumque linguis depre-

hendimus. Id probabunt voces Κραυγη, κραυ-
 γασις, κραυγαζειν, κραζειν, κρακτις, κεκραγμθ,
 πεκρακτις, κεκραγεναι Julius Pollux explicat λε-
 γειν. Κραγι, κραγμθ, vel κρασμθ, κραειν,
 pulsare cum sonitu, κρασις, κραμα, (quod notat
 sonum instrumenti musici) Κρεμβαλον, κρεμ-
 βαλιζειν, κρεμβαλιαζειν, γηρος, vox, sonus, γηρού,
 garrus, unde fortassis γερος, quae animum lo-
 quacem indicat, κροθ, plausus, unde Κροτειν,
 κροπισμος, κροταλον. Κεραυνθ, κεραυνω; Κρεκειν,
 edere sonum insuavem, unde κρεγμθ, Κρεκη,
 ejusmodi sonus, κρεκολθ, ploratus, ενκρεκθ,
 sonorus, διακρεκειν, ludere cithara. Κερειν, pul-
 sare, quod sine sonitu non fit, Κρεειν, Imperare,
 Κροαινειν, pulsare pedibus. Κορσπειν, valde roga-
 re, χρεμμα, χρεμψις, χρεμπτεσθαι, screeare, quod
 sine sono non fit, χρεειν, χρειν, oraculum
 edere, vaticinari, unde χρησις, χρησμθ, χρημα:
 χρεειν, jubere, imperare, χελμπειν, appellare,
 vocare, accersere, χρημαπιζειν compellare, al-
 loqui, nominari. Καρκαειν (nota Hebraeo-
 rum כרכר, de quo deinceps) resonare; Κυελαζειν
 appellare & denique κηρυξ, κηρυτειν, κη-
 ρυγμα.

§. 10. Ex Latinorum sermone in hanc
 classsem referrem, queri, conqueri, cum deri-
 vatis querulare, querulus, querimonia, querulosus,
 quiritari, quiritatio. Garrire, garrulus. Ciere,
 pro quo veteres dicebant, & quod apud Mar-
 tianum Capellam adhuc est, cire Crepare, crepita-
 re, (quod sine ingenti sono non fit, ut
 apud

apud Lucr. L. VI. Phœbi Delphica laurus
 TERRIBILI SONITU flamma CREPITANTE
 crematur.)

unde *crepitaculum*, *crepitus*, *increpare*, (quod
 Valla scribit esse cum eruptione vocis, &
 immani sonitu aliquem reprehendere.)
Pilicrepus, qui pilis ludit, quae crepant
 & sonitum edunt. Et anne huc refe-
 ram *screare*, immo & *create*? pro quo vete-
 res scribebant *cereare*; *create* enim est, res,
 quae non sunt *vocare*, ut sint, *καλεειν τα μη οντα,*
ως οντα, Rom. IV: 17. sicut & קרא pro *create*
 sumitur Es. XLI: 4. Et cum קרא apud Ebrae-
 os vicinasque gentes etiam legendi notione
 venit, unde מקרא scriptura, quasi *lectura*, quæ
 egit debet, quod idem prorsus est cum nomine
Alcorant, quae vox notat librum legendum,
 anne hinc descendere potuit Romanorum
Curio, uti denominabantur apud illos publici
 praecones, qui legebant epistolas vel epi-
 grammata, quibus se Principi & populo
 commendabant, uti ex Plinio, Martiale, at-
 que aliis constat.

§. II. Parum etiam abest, quin ab eadem
 radice accersam Latinorum *accersere*. Non
 ignoro quidem hanc vocem ab aliis scri-
 bi *arsessere*. Sed nondum argumenta legi,
 quibus hanc praeferendam esse lectionem
 persuadeat. Sufficit illam à vetustissimis
 Grammaticis Diomede, Agrastio, Carisio
 approbari, & utramque etiam in vetustis
 glossis

glossis legi. Arcessendi autem ἐπιμον vix invenies. Nimis enim longe petatum est illud Prisciani, qui a *cio* vel *cio* derivat. Cave autem ab *arcere* vocem illam derives, quae sensum habet plane contrarium. Si autem *accersere* scribis, vides duas heic esse voces *ad* & *cersere*. CERSere autem, aut multum fallor, aut derivari debet ab Ebraico קר & קרר vel קרר, quae ejusdem sunt significationis & notant *clamare, vocare, invitare, appellare*. Accedit, quod, ut jam notavimus, quoque *accusandi* habeant notionem. Parilis autem ratio est nostrae Latinae vocis. Neque enim solum *accersere* venit advocandi sensu, unde Glossae vertunt μετακαλεισθαι, sed & Cicero *accusandi* significatum ei passim tribuit, ut docent Lexicographi. Quamobrem cum materialis aequae ac formalis utriusque vocis ratio eadem sit, quidni ejusdem esse originis utramque credamus.

§. 12. Sed nunc ad eas transeamus linguas, quae etiamnum florentissimis Europae populis in usu sunt. Illud sonum indicans קר invenimus in HISPANORUM *Gritar*, ITALORUM *Cridar*, vel *Gridar*, quod est clamare, in GALLORUM *Crier*, *Cris*, *criard*, *criée*, *crierie*, *criailleur*, *criailler*, *Criquer* (stridere) *criquement*, *criqueter*, *crocher*, *cracher*, (canere tuba) *croquer*, (stridorem edere) *croqueterie*, *croqueter*, *cracher*, *craquètement*, *craqueter*, *gronder*, *grommeler*, (murmurare) & pluribus aliis. Praecipue
 au.

autem in ANGLORUM Cry, clamor, ploratus, unde proverbium *A great cry, & a little worl*, quod Germanis nostris valde frequens est. To *cris*, clamare plorare, to *cry up*, laudare, *crying*, to *crunch*, frendere dentibus; to *crow*, unde to *crow over one*, convitiis aliquem la-
cessere. To *crack*, *kraking*, *craquement*, *cracklo*, *cracker*. To *creek*, *creeking*, to *crauer*, rogare pe-
tere aliquid. *Crash*, sonitus sive tumultus in-
gens, to *crool*, quod idem est cum to *grovve*,
gromble, murmurare, to *curse*, maledicere ali-
cui, a *croud*, carmina, odae. Et præfixâ litera s,
quod fit frequenter *Schrick*, *Schricking*, *Schriuging*,
clamor *Schrickovvle* noctua, *schrecok*, clamare
instar noctuae, *Schrevv* mulier clamatrix &
contentiosa, to *schreack*, stridere, *schbreaking*
to *scream*, valde vociferari, unde *screaming*.

§. 13. Non itaque mirum, si & apud GER-
MANOS nostros, cui Britannorum hodie-
na lingua natales suos debet, idem usu veniat.
Planum illud est in verbis *Krachen*, *Kreiden*
(quae vox in præfatione veteris ordinationis
Rotwilensis Conradi Imp. factae a. 1147. pro
militari clamore, *Feldgeschrey* sumitur) *Kra-
kitzen*, *Kratzen* quae actio stridorem involvit,
Kreeschen, quod de rusticis jubilantibus sumi-
tur; *Grüffen*, quod loquelam involvit, *grüß*,
krauchen, quiritari, (quod ipsum Græcorum est
κρυγν) *gruntzen*, *Kreischen*, unde *gekreisich*
quae vox de parturientibus saepe sumitur,
Krisch, clamor inopinus. *Kröchtzen*, *Kurren*
mur-

murmurare, à Gothico Kur. Adde BELGA-
 RUM *Kraken*, *krack*, *krochen* (gemere) *krocker*,
grinen, (elata voce flere) *kryten*, ejulare;
 (quam vocem eo quoque sensu usur-
 pari apud populos, qui Chersonesum Tau-
 ricam incolunt, ex Mylio disco de Lin-
 gua Belgica pag. 48.) *Kraeyen*, invitare, *alli-
 cere*. Apud Caucos meos & inferioris Saxo-
 niae incolas hinc videtur ortum esse tò *Krib-
 ben*, clamare, contendere, unde *kribbig*, *Kribkop*,
 litigiosus: *Krackeelen*, altercari alta voce. *Krit-
 ten* quod est ejusdem significantiae, unde *Krit-
 ter*, cum quo convenit Scanorum *Kretta*, quod
 est contradicere. Quin in & hunc censum re-
 jicio nostrum *Kärmen*, vel *Karmen* quod est eju-
 lare, quiritari. Veteribus Celtis *garm* fuit cla-
 mor. Et cum frequentissime H & K inter
 se permutari soleant, putem huc quoque refe-
 rendum esse veterum *Haren* vel *haran*, clamare.
 Unde in Glossario Rabani Mauri; *Haret*, cla-
 mitat. Vide Cl. Eccardi Notas ad hymnum
 ecclesiae; *Te Deum Laudamus*. Ex qua voce
 venit Gallorum *Harangue*, *Haranguer* & Ger-
 manorum, *Herold*; i. e. praeco. Saltem huc
 pertinet Caucorum meorum, *Kören* i. e. lo-
 qui, differere, vel uti rustici loquuntur vul-
 go *Keuren*, garrere, confabulari, unde *Köbr* gar-
 rulus. De qua voce forsitan pluribus in Glossa-
 rio meo Caucico. In Saxonia inferiori, &
 Pomerania infantem vel puerum ejulantem
 vocant *Göre*, vel *Görre*, quae vox huc quoque re-
 ferenda esse videtur. Nisi mavelis à צור, quod
 est

est, catulus, vel à עיר accersere, quae vox pullum notat vel potius à κορη, vel κρη, qua voce Graeci puerum insigniunt, uti illis κορη, κορηον, κορηδιον, κορησιον, κορησκη, est pupa, puella. Gair Celtis est verbum, & Cambris Gryv lingua. Aremorice goriau est clamor.

§. 14. Quum autem formalem קרי significationem, petendam esse videmus ex sono Galli, Gallinaeque, illi autem illo utantur, cum se invicem alliciunt, vel pullos suos congregaturi sunt, unde Arabes Gallinam matrem congregationis vocare solent, hinc factum est, ut non solum indicet sonum aliquem, sed & talem, qui editur ad congregandum, allicendumque alios. Apud Ebraeos quidem ea significantiâ non occurrit, apud Arabes tamen, quibus קרא quoque notat colligere, comportare. Hinc multis eruditis viris Erpenio, Salmasio, atque aliis visum est, petendam originem vocis Alcorani; quasi ita dictus sit a praefixo vulgari al & koranon, i. e. collectione, συλλογη, quod impostor diversas suas Suratas primum dispersas simul hoc libro, tanquam fasciculo collegerit, quasi diceret Collectanea. In Ebraeorum tamen lingua congregationis notio in derivatis saepissime apparet. Hinc apud Ebraeos עיר, quod est Chaldaeorum, Talmudicorumque קרי. קריא. קרת. קריתא. קריה קרי significatur urbem seu civitatem, hoc est, locum, in quo homines, qui alias dispersi per agros errabant, simul congregati vivunt. In-
de

de nomen *Carthagini* arcessendum, quae proprie dicitur *Carthada* i. e. קרתא חרתא quasi diceret καὶνὴν πόλιν, sive Neapolin. Apud Scythas quoque *car* fuit urbs, & *carpalis* urbs piscium ita explicante Tzetze Chil. VIII: c. 224. Hinc veterum Memphi nunc impositum est nomen *Cairo*, *Alcairo*, quasi diceret urbem, eodem modo, ut olim κατ' ἕξοχην Roma URBS, Athenae αἶον vocabatur. Graeci quoque urbem dixeret κοιριον. קרותון notat vicum, castellum, aut parvam urbem. קררי apud Arabes significat civem, sive urbis incolam. Britannis quoque *caer* est urbs. Notari merentur, quae Ufferius habet in Libro de eccl. Brit. primordiis c. V. p. 65. *Johannes Cajus*, inquit, ex *Gervasio Tilberiensis* Cair lingua Trojana civitatem dici addit, & Cambris murum quoque significare. Ut quemadmodum Hebraei קיר murum, & קריה urbem vocant, ita Britannis vox non absimilis cair & moenia & urbem moenibus circumdatam denotet. Ita est, קיר enim notat murum urbis, quo fit, ut homines uno loco congregati contineantur, quamvis enim illa vox deinceps ad omnem parietem est translata proprie tamen de urbium moenibus sumitur. Vide Num. XXXV: 4. Jos. II. 15.

§. 15. Huc porro refero Latinorum Curia, quae ita dicta est, vel quod praecipua (קיר) Urbis domus est, quo sensu Belgae vocant *het Stadhuys*, vel quod in ejusmodi domibus S. P. Q. urbis congregari solent, quo sensu nos appell-

pellamus das *Rathhaus*, i. e. domum Senatus. Antiquitus teste Varrone *curiae* vocabantur aedes, in quibus Sacerdotes congregati res divinas curabant, quo factum videtur, ut domus Sacerdotum & parochorum apud nos etiamnum ita (*die curien*) appellari soleant. Et cum in aulis principum Proceres & alii magno numero conveniunt, hinc Gallis aula, *la Cour*, Anglis *Court* dicitur. Hesy chius *χορτον* explicat *περιβολον της αυλης*. Hinc *cortis*, *curtis*, quae mediae aetatis scriptoribus est domus aula, regia, curia, nisi mavelis has voces ab antiquo Germanorum *geren*, quod est cingere, quasi locus cinctus, derivare, unde & vox *garten*, sive ut olim scribebatur *cartin*. Huc pertinet etiam *Cors*, *Cohors*, quae vox inter alia etiam notat septum, quo galli gallinaeque gregatim continentur, quo sensu Ovidius ait de vulpe vs. 704.

Abstulerat multas illa COHORTIS *aves.*

Unde Columella *avium cohortalium* meminit. Aggregatos regni status Hispani vocant *Cortes*.

§. 16. Neque solum isthaec significatio pellucet in vocibus, quae ipsa congregationis *Loca* indicant, sed & in illis, quae ipsam hominum & rerum congeriem innuunt. Atque huc referre vellem omnino Ebraeorum *אגרה* congregavit, unde *אגרה* manipulus, colligatio, fasciculus. Quae vox etiam de grege hominum sumitur 2. Sam. II: 25. Rabbini *אגריאות* notant collegia, conventus. *אגרה* notat

epistolam, sive coacervatas literas, & voces, אגרה aliquando pro agmine sive grege militum sumitur. Inde nomen proprium *Aguris* Prov. XXX: 1. An huc quoque Germanorum *Acker*, Latinorum *Ager* & Graecorum ἄγος, quae voces notant loca, in quibus semina quasi coacervantur, pertineant, nolo definire. Hebraeis אגר notat agricolam &c. Et ne putes literam א hanc derivationem impedire posse, omittitur illa in voce גור, collegit, congregavit. Hinc גרן horreum, seu locus ubi fruges congregantur, quod nomen cum aliquando ipsi etiam frumento in horreis congesto, v. gr. Deut. XV: 14. datur, vix dubitem, Germanico nostro *Korn*, & Latinorum *grano*, & Gallorum *grange* originem praebuisse. Ejusdem significationis est, מגור, & Rabinorum מגורה, quod est, *granarium*. Atque inde catulos Leonis Hebraeis גורים quod circa matrem colligantur, ac congregentur, conjectura est τὰ πικύ Bocharti. Atque ab ea voce est Graecorum ἄγυρῶ, quod est, *congrego*, unde ἄγυρῆς, multitudo congregata, & πικύρῆς. Inde ἄγορα, quae vox non solum locum congregationis & mercium & hominum, sed & ipsam concionem hominum notat, & *agyrtae* dicuntur circumforanei, quorum est, homines ad se allicere, & congregare. Et quidni hujus rei vestigia in vocibus *GRex*, *gremium*, *grumus* (quam vocem terram minorem collectam denotare docet Festus) *grando*, similibus.

libusque delitescere suspicer ? Κορδύβειν est acervare. Κορδύς, cumulus, agger. Κορυσσειν, cumulare, κορυσος, cumulatus. Κρωπεξ, acervus lapidum.

§. 17. Ad hanc quoque classem pertinent Ebraeorum כור, quae vox certam quidem frumenti mensuram notat, sed & generaliter de quavis congerie sive acervo sumitur, sicut Chaldaeorum כרי. ΚΟΡΟΥσις fit mentio Luc. XVI: 7. כוורת Rabbinis est capsula, in qua aliquid colligitur. כוורת הקש in Cod. Schabb. fol. 35. 1. est cumulus straminis vel paleae. Hinc כורת est *alvearium*, sive locus in quo apes colliguntur, uti & Arabibus כוארת *alveare* apum significat. Et quidni huc referrem ipsum Latinorum aCERVUM; Literae enim, quae praeter קר ibi occurrunt, non sunt radicales, כרה est convivium, in quo omnes conveniunt 2. Reg. VI: 23. כראן notat populum congregatum. כרואן gregem simul iter facientium; cum quo convenit Arabum קירואני, *Caravana*, quae vox eo sensu etiamnum in usu est. Graevv Belgis, ut Anglis à *crue* & *Crevv* est societas hominum, *Crovvd* magna hominum copia. The *crevv* à Ship; iis significat multitudinem hominum, qui in navi sunt. Huc quoque referre velim Latinorum *cohors*, & paene ipsam vocem *corpus*, quae ut vulgo totam congeriem artuum ac membrorum hominis indicat, ita frequenter admodum pro rebus pluribus in unum con-

gestis, conflatisque sumi solet; v. gr. pro integris civitatibus, societatibus, collegiis, quo sensu CORPORIS PISTORUM, OLEARIORUM, FABRORUM, VINARIORUM in vetustis inscriptionibus fit mentio, & varia auctorum opera simul congesta dicuntur corpus, unde & leges Romanorum simul collectae juris corpus vocant. *Le Corps de gens* Gallis est idem, quod alias vocant *la compagnie*. Et *venir en corps* illis significat *gregatim venire*. Pariter huc pertinet vox *Curia*, quae, ut monuimus, non solum congregationis locum, verum etiam ipsa congregata Romanorum corpora, quorum triginta erant Romae, significabat, sicut & *decuriae* certi hominum tam militum, quam civium simul conjunctorum ordines dicebantur.

§. 18. Et quidni huc referamus voces כר, כרים iisque cognatas, quibus ejusmodi animalia, quae simul copulata gregem conficiunt, v. gr. agni, oves, caprae, arietes insiguntur. Sicut apud Graecos eam significationem habuere Καρ, καρα, καρ, καρ, καραις, καραγνυ, καρα. Unde & nomen Cariae & Carum petendum esse, multi suspicati sunt, quod apud eos magna gregum copia. Ut & Καρδ insulae Co, quod esset celebris ἡ εὐβοῖα. Apud Arabes קראר notat gregem quietum, & oves. קרהב capram, & קראהר, agnum. כרכרות videtur apud Es. LXVI: 10. armenta denotare. Cum autem gre

greges illi in pascuis soleant congregati vagari, hinc etiam כר notat pascuum; unde nomen Icariae derivatum coniecit Bochartus, quasi diceretur איכר, i. e. *insula pascui*. Inde כרמל quae vox pro loco pascuo & arvo sumitur, & inde monti Carmelo, nomen inditum est. Huc quoque refero כרות i. e. caulae, Zeph. II: 6. quas Latini vocant, ut jam dictum est, *cohortes, curtes*, Germanice dices *Hürden* (כ enim saepissime cum h permutatur,) i. e. loca recipiendis ovium gregibus apta. Sicut eodem modo grex dici potuit die *Heerde*, ut & das *Heer*, i. e. congregatio militum, unde descendit *Shaar*, praefixa literâ s, quod fit per saepe, pro quo dicebant *Skaar*, i. e. cohors militum. A כר, quatenus notat pascuum, deducunt to כרכר, quod occurrit 2. Sam. VI: 14.

§. 19. Atque haec vox nobis memoriam refricat alius, illi geminae, quae bis tantum occurrit in sacris, nempe Num. XXIV: 17. & Es. XXII: 5, & ex iis, quae haecenus observavimus, egregiam & lucem accipit, & illis accendit. Multam illa crucem fixit Interpretibus, praesertim ratione prioris loci. Cum enim ibi de Messia, qui instar *stellae* ex Jacobo, & *sceptri* ex Israele proditurus erat, dicitur, וקרקר בני שח, & vulgo creditum est, sensu *destruendi, praedandi, evomendi, evacuandi, diruendi* sumendam esse, per *filios* autem *Setbi* omnes Adami posteros intelligendos, mirum

hoc sane jure videri posset, de Messia dici, eum venturum, ut cladem inferret humano generi, qui tamen *ἐκ ἧλθε ἑλθεῖν ἀνθρώπων ἀπολεσαι, ἀλλὰ σωσαι* Luc. IX: 56. & quem Deus in mundum misit, *ὄχι ἵνα κρινῆ τον κοσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῆ ὁ κοσμος δι' αὐτου* Joh. III: 17. XII: 47. Unde Castellus illam interpretationem non dubitavit vocare ineptissimam. Jacobus itaque ALTINGIUS, quidquid hujus difficultatis est, sustulit feliciter, ad veram formalemque *קָרָה*, quod hīc geminatum occurrit, originem, ac sensum, quem indicavimus, animum advortens, atque ex eo sensum pulcerrimum aptissimumque eliciens. Docuit enim vocem illam *convocationem, congregationemque* indicare, & desumptam esse à *Gal-
linis*; filios autem Sethi, dei fideles, qui Sethi, filii Adami, vestigia pietatis juxta ac fidei premerent, in oppositione impiorum, qui cum insisterent vestigiis Caini, ejus filii sint habiti; quae sententia deinde à celeberrimo Rhenferdio, *γνησίω* Altingii discipulo, cujus opuscula Philologica nunc Ultrajecti magno literarum meliorum commodo simul juncta prodibunt, peculiari dissertatione de *Sethianis, & Cajanis* sive *Cainistis* fuit illustrata. Cum itaque de Messia dicitur, *קָרָה בְּנֵי שֵׁת*, haud alium esse sensum, quam eum fideles suos & ecclesiam Evangelii sui voce vocaturum, congregaturum, & ut gallina solet pullos suos, providentiae suae alis tecturum, tuiturumque. Quae quidem opinio bene multos deinceps adtraxit lectatores.

§. 20. Neque id sane mirum. Convenit enim haec explicatio cum vocis *συμμοια*. Veram nimirum atq; originalem *קרא*, vel *קרא* ex cuius geminatione hanc vocem compositam mihi persuadeo, significationem esse sonum edere instar gallinae, idque non una in dialecto, abunde puto evictum esse. Quando autem illae literae geminantur, id rei intentionem, atque adauctam iteratae actionis vim, cum ejus continuatione non sine emphasi indicare ex analogia linguae Ebraicae constat. Atque eo sensu de gracillatione sumi a scriptoribus Judaicis in Lexico suo pridem docuit Buxtorfius p. 2152. Syris ea notione venit *קורקרא* & *מקרקרא*. De clamore corvorū, Talmudicis sumi in lexico observat Cestellus. Et *קרקרא* *Karkara*, Arab. esse *gemit columba. sonum cum murmure edidit, clariorem vocem in gutture reciprocavit mugiens camelus* & *modulando canoram suam vocem camelorum ductor*, *קראקורו* *canorus, garrulus*, *קראקאר* *mugiens camelus*; *קרקיר* *Karkir*, tonitru idem docet. Neque indignum persona Messiae censerī debet, eum glocitanti conferri gallinae. Factum enim id ab ipsomet est Matth. XXIII: 37. Luc. XIII: 34. verbis, quibus pae- ne ad hoc Bileami allusum esse vaticinium dixeris. Sicut enim in eximio illo Mosis cantico, quod Deut. XXXII. legitur commate XI provida cura, quam pro Israele veteri, gessit, divinum Numen, sub symbolo proponitur illius sollicitudinis, quam pro pullis suis

habet aquila, ita, cum, quo amore profecuturus
 esset fideles N. T. indicandum esset, sub em-
 blemate venit Gallinae. Et fortassis illud discrimen non sine causa est. Deus enim, qua talis
 aptissime confertur aquilae, volanti in coe-
 lum Prov. XXIII: 5. nidumque suum ponenti
 in nubibus, Obad. vi. 4. ob varias causas, quae
 fecerunt, ut & olim gentilismus hanc volu-
 crem divinitatis fecerit emblemata, at quatenus
 voluit homo fieri, terramque peragere pe-
 dibus, gallinae vix altius evolanti elegantius
 adsimilatur. NUNC ENIM, ut Hilarius lo-
 quitur Can. XXIV. in Matth. *terrena & dome-
 stica avis factus, quodam corporis sui tanquam ala-
 rum operimento calorem, ut pullis suis, vitae im-
 mortalis indulget.* Praeterea diversa futura erat
 sub utroque Testamento administratio. Ro-
 bore insigni ac potentia opus erat, cum Deus
 ex Aegypto educturus erat populum, at cum
 populum suum ex alto esset visitaturus, adi-
 mum humilitatis gradum ita se erat demissu-
 rus, ut tamen summus ubique amor pellu-
 ceret; Hinc quam eleganter, ut olim sub
 simbolo aquilae, & nunc sub emblemate gal-
 linae veniat, dispalescit.

§. 21. Accedit, quod & in altero loco, ubi
 pariter haec vox occurrit, nempe Es. XXII:
 5. similis significatio commode invenire lo-
 cum possit, id quod à Cl. Altingio non
 animadversum esse miror. Ibi dies illa, qua
 Hierosolyma à Chaldaeis destruenda esset, non

solum vocatur dies *perturbationis & conculeationis*, sed *מקרקר קיר ושוע אל ההר &*. Putamus haec ita posse verti. Dies *convocantis*, vel *convocationis s. congregationis muri*, s. ad *murum*, & *vociferationis ad montem*, sive *montana*. Ita ut illud *מקרקר* cum *שוע* conferri debeat, & sensus sit ; Tantum fore illo die terrorem, ac angustiam, ut prae formidine ac consternatione ingeminaturi sint **AD MUROS, AD MONTES**, ut ibi a persequentium gladii stulti, tanquam in latibulo, securitatem ac praesidium invenirent. Atque ita, quemadmodum cum posteriori phrasi commode conferetur Jer. XVI: 16. Matth. XXIV: 16. Es. II: 19. 21. ita prior illustrari potest ex Jer. IV: 5.

§. 22. Neque ab hac versione abludit Interpretum Alexandrinorum versio, qui illud Bileami *קרקר* transtulerunt *προνομεύσει*. Vulgo solent hanc quoque vocem explicare per *destruet*, sicut & nuper adeo in Concordantiis factum est Trommianis. Sed quid si illud verteremus *pascet*, sive *praebebit pabulum*. *Νεμεν*, & *νεμεθειν* enim Graecis est pascere, unde *νομη*, pascus, *νομη*, pascuum, *νομεύς*, pastor, *νομαί*, in pascuis degens, *νομας*, cum armentis suis in pascuis versans, unde *Νομάδες* dictae, *νομαδεας* pascuus ; *νομευειν*, & *pabulari*, & *pabulum praebere* significat, non minus, ac hinc derivatum *προνομεύειν*. Quaeris autem, qua ratione *πρις* haec explicatio potuerit venire in mentem ? Respondeo, id fieri potuisse

modo facillimo. Το קרקר enim legerunt, quasi scriptum fuisset כרר. כר autem notare pascuum, כרים esse greges, in pascuis palantes, & hinc כרר esse pabulari docuimus supra §. 18. Atque hinc verterunt προνομευσει, praebebit pascuum: Sensu admodum commodo. Scilicet Messiam τον ποιμενα, τον ποιμενα καλον, τον αρχιποιμενα, fideles suos, qui *si* vocantur *Sethi*, suntque ejus oves, non passurum ullius rei indigere, sed facturum, ut in pascuis herbosis recubent, & ad aquas quietis deducturum. Quando autem Symmachus eandem vocem vertit ερευνησει, videtur illam notionem respexisse, quam קרקר apud Arabes obtinere testatur Edmundus Castellus, *interrogandi nimirum, & inquirendi*. Ut & Chaldaeus, Syrus, Arabs cum Hieronymo, quando eandem vocem Es. XXII: 5. scrutandi sensu vertunt.

§. 23. Ex quibus omnibus, cum formalis טא קרא significatio pateat, ad eandem adstruendam id porro facit, quod plane eadem ratio sit טא קל. Eum in finem notandum est, quia magnum usum habet, (non mea haec verba sunt, sed Merici Casauboni in *diff. de lingua Angl. vet.* p. 227. cum quibus confer Cl. Vitrinae *Observ. L. I. c. 9. §. 114.*) *literas i & r non tantum omnium aliarum literarum frequentissima consuetudine invicem permutabiles esse, sed etiam utramque τη ευφωνια in contrahendis aut producendis pro cuiusque linguae consuetudine vocabulis, in tran-*

transponendis & coagmentandis literis ut plurimum
 inservire. Imo *literarum* (verba sunt ejusdem
 Casauboni p. 282.) l & r mutua inter se permuta-
 tio, tam tralatitia observatio, tam in omni sermo-
 ne obvia, ut merito verear, ne nostra in talibus dili-
 gentia lectori non uni putidior, quam gratior
 accidat. Sane videtur ejusmodi harum lite-
 rarum vicinitas ipsâ naturâ fundari, cum in-
 fantes, antequam facultatem distincte loquen-
 di accipiunt, r tanquam l pronunciant sæ-
 pissime. Vel ipsâ id doceat vox, de qua agi-
 tur, *Kirche*, quam olim pronuntiabant *Kilche*,
 quem morem nondum deseruere Helvetii.
 Quibus observatis utraque vox קל & קר ab
 altera lucem & accipit & ei reddit, cum sit
 ejusdem fere σημασιας. Notat enim strepitum
 aliquem, vel clamorem, eo tamen cum discrimi-
 mine, ut hoc potissimum sonus stridulus, τω
 לק autem magis clarus ac sonorus indicetur.
 Atque hoc eadem methodo, qua usi sumus,
 nunc liceat, ostendere.

§. 24. Apud Ebraeos quidem קלה non est
 in usu; In usu tamen fuisse indicat vox קול,
 quae notat vocem, sonum, & quia, cum so-
 nat, ingens auditur sonus, tonitru quoque si-
 gnificat, sicut apud Chaldaeos & Syros קל.
 Col Indicè significare vocem testatur Car-
 danus de Var. Rerum L. XVII. c. 96. quem-
 admodum קול apud Arabes, apud quos etiam
 קא, est clamavit, dixit, pronunciavit, sermo-
 cinatus est. קא loquacitas, eloquentia; קול
 קואל

קואל verba , garrulitas. אבן קואל, eloquens.
 מקול, lingua, מקאול, dictum, opinio. Aethio-
 pibus *Katy*, est sermo, vox, unde *Kâl* i. e. lega-
 tus, qui alieno nomine verba facit. Hinc est
 קול"י vocalis, canorus, קולני streperus (quae
 vox cum nostro *Klœncke*, qua Cauci mei mu-
 lierem garrulam indicant, valde convenit)
 קולנין קלאנין, ranae, procul dubio à clamore
 quem edunt ita dictae. אקואל, eloquens. קלס
 est laudavit, celebravit (nota Graecorum
 κλεσ,) & per ἀντιφασιν, derisit, vituperavit,
 convitiatus est, id quod sine edito sono fie-
 ri nequit; Quo etiam refero קלל blasphema-
 vit, maledixit, convitia ingessit. Immo huc
 referendum esse קהל, quod convocationem,
 & congregationem notat, Ebraei que veteres
 legerunt *Kaal*, vel κηλ observatum est Cl. Vi-
 tringae de Synag. V. L. I. p. i. c. i. Saltim Sy-
 ris קהלנא significat garrulum, & verbosum,
 & קהלניתא, exclamationem, vociferationem.
 Et quidni huc pertineret Chaldaeorum אכל,
 & אכלי quae sibilandi, rugiendi, tonandi, clamandi,
 ut & proclamandi, promulgandi, divulgandi signi-
 ficationem non minus habet, quam comedendi,
 eodem modo, at apud Latinos *edere*, non so-
 lum notat capere cibum, sed & rem divulga-
 re, & proferre in publicum. Ablato enim א,
 quae vocibus Chaldaicis ornatus causa saepe
 praefigitur,, remanet כל, quod idem est cum
 קל, & Germanico *Hall*, i. e. sonus. Targu-
 mistae Ebraicum קרא Joel. III: 9. vertunt per
 hanc

hanc vocem. Atque inde est אכליותא, *clamer rugitus, tonitru, vociferatio.*

§. 25. Atque ita mihi occasionem suppeditatam video illustrandi Phrasin, quae Dan. III: 8. & apud Chaldaicum & Syrum interpretem, praecipue in N. T. passim occurrit, אכל קרצא vel conjunctim scriptum אכל קרצא, quae de calumniatore, delatore, accusatore, & cum talis sit significatio διαβολα pro Diabolo ipso Matth. IV: 5. Luc. IV: 2. Eph. IV: 27. atque alibi, sumitur. Plurimi interpretes, Judaeorum Magistros secuti *comedendi* significationem heicurgent vel quod cibi gratiā quidam aliis soleant obtrectare, in quo sequuntur Jarch. & favere illi opinioni videtur vox קרצא, quae Arabibus notat crustulum panis, & orbiculum. Vel quod, quae AbenEsrae ad Dan III: 8. sententia est, obtrectatores, quasi carnem ejus, quem suis criminationibus impetunt, consumant, vel quod ex aliorum famae laceratione sibi victum atque opes soleant comparare. Sed sane non opus est, huc ut dilabamur. Utraque enim vox nostro קר &, quod idem est, קל natales suos debet. Quid קרץ sit supra §. 8. vidimus. Eam à קרא, quatenus notionem habet *divulgandi, promulgandi, palam faciendi, praedicandi*, arcessendam jam vidit Otto Gualtperius in Syll. vocum exoticarum P. I. p. 13. neque satis idoneae causae fuerunt non nemini, ut id prorsus αινυσις, & plane ridicule factum esse censeret. Nihil enim certius

certius esse id vero puto jam evictum. Eiusdem autem significationis, cuius est $\Upsilon\Upsilon\Upsilon$ est, quoque apud Chaldaeos est לכא , quae semper $\tau\omega$ $\Upsilon\Upsilon\Upsilon$ jungitur. Est itaque כזרלכא divulgare, palam facere calumniam; uti recte explicatur à R. Nathane in זררלכא , & כזרלכא notat calumniatorem, accusatorem, διαβολον . Quo nomine vocatur Satanas, quia, ut Chrysostomus ait Hom. 2. in 2. Cor. I. $\text{καθ' θεον προς ανθρωπος διαβαλει, και ημας προς θεον, και παλι ημας αυτες προς αλληλους}$.

§. 26. Sed redeamus ad ק nostrum, quod in aliis linguis eandem significationem obtinet. Apud Graecos καλειν idem prorsus indicat, quod Hebraeorum ק , unde derivata κλησις , κλητος , κλητικος , κλητωρ , κλητηρ , κλητευω , κικλησκω , καλητωρ , nota sunt. Κελειν , κελεσθαι , κελευσθαι jubendi hortandi, postulandi, notionem habent. Inde est κελευσις , κελημοσυνη , κελευσης & κελευσμα , quod pro mandato non solum, sed & valido clamore, qualis est vel aurigarum vel nautarum sumitur. Inde fit per epenthesein τε κ κελεσθαι , unde ομοκλη , ομοκλαν , quae vociferationem ingentem indicant, derivantur. Κελαδ , unde κελαδειν , κελαδειν , est strepitus, clamor, sonus musicus. Κελαρυζειν , unde κελαρυξις , notat strepere, murmurare. Unde κορωνη κελαρυζα de crocitante cornice dicitur. Huc refero κλειειν , decantare laudes alicujus, reddere celebrem, unde κλει , vel κλει , fama, rumor, laus, gloria, unde κλει (*inclu-*
tus)

tus) κλειζειν, κλειειν. Et cum objectum soni est auditus, κλειειν est *audire*, sed & *praecipere*, unde κλειειν, qui audiri potest, vocalis, qui strepitum edit, celebris. Κηλειν est suavi cantu demulcere aures unde κηλημα, κηληωρ, κηλητηριον, κηλησης, κηλησις. Κηλουν Hesychio est ευχεσθαι, precari; γλαζειν est clamare. Hesychius γλαζει, κερραγε. Et quis non videt in hunc censum referendum esse το κλαζειν, quod Etymologicon accersit à κλω, quod idem est ac φωνω, edo sonitum. Hinc est κλαγγη, clangor, clamor, qui tamen proprie avibus tribuitur. Apud Xenophontem & Pollucem sumitur pro latratu canum, unde κλαγγηδον, Κλαγγωδης, κλαγγαζειν, κλαγγανειν. Pariter huc spectat κλαιειν & κλαιν, flere, plorare, unde κλαιμα, κλαιθμειν, κλαιθμων, κλαιειν. Κλωζειν est sonum edere graculorum more, (κλοιειν enim est graculus) quod tamen etiam sumitur pro explosione, quae fiebat in theatris. Unde fit κλωσμειν, κλωγμειν, & Bacchae dubio procul a clamore, quem edebant, dictae sunt κλωδωνες. Κλονειν Graecis dicitur strepitus tumultuantium, unde κλονειν & κλονοεις derivatur. Alludit huc quoque ληκειω, Dorice λακειω, edo strepitum, λακειν, sonitus, strepitus.

§. 27. Apud LATINOS similis ratio est in Clangere, clamare, cluere, quod apud Ennium, Lucretium, Plautum, atque ipsum Cicero-
nem occurrit, unde cluis, clutus, *inclutus*. Calare idem Latinis esse, quod Graecis est το κλαιειν

λειν notum. Inde *Calendae* dictae, quod primo mensis die convocabatur populus. Hinc dicta *Calata* comitia, & *Calatores*, dicti servi, vel quod semper ad ministerium vocari possent, vel ipsi vocent alios. Et *incalare* Festo est acclamare. Inde veteribus Germanis, *Kalands* dictae, certae societates ad iter aliquot religiosum, aut simile quid convocatae.

§. 28. Non mirum itaque, si & simile in eorum lingua etiamnum occurrat, qui eam debent Latio. Quis enim illud ei tanquam indicium editi soni non observat in GALLO-
RUM *Claim*, *claquer*, *cliquer* les mains, *claqueter*, *clac*, *Cliqueter*, *clabander*, *clabou*, *cliquette*, *cloche*, *galloper*, quod Graecorum *καλπάζειν* est, & similibus: in ANGLORUM *Cal*, (quod ipsissimum Ebraeorum *קלף* & Graecorum *καλειν* est) *clack*, *claim*, *clap*, *clang*, *cluttering*, *clash*, *clatter*, *click*, *clippet*, *clink*, &c. In DANORUM *Calder*, in BELGARUM *klateren*, *klater*, *klippen*, *klippen*, (dicunt enim de glocke *klipt*, quando campana auditur) *klippertanden*, *klacken* (cum fragore rumpi) *klappen*, *klappachtig* garrulus, (Cambro-Britannis *Clecc* est stridor, strepitus unde *Cleccian*, stridere, crepitare.) *klappern*, *klincken*, *kletsfoor*, *kletsfen*, &c. in GERMANORUM nostrorum, *klingen*, *Klingeln*, *klagen*, (Gr. *κλαειν*.) *Glocke*, Poloni vocant *krowka*, *klanck*, *klatschen*, vel *klitschen*, *klopfen*, (convenit Graecorum *κολαπτειν* & Hebraeorum *קלף* pulsare malleo) *klaffen*, quod Helvetiis notat stridere,

re, Teutonibus *narrare*, unde (Cauci mei *klafwat* vocant delatorem) *klappern*, *klapperding*, (i. e. crepitaculum, quod Sorabi dicunt *klapanka*, & Anglo-Saxones *Clatrunge*.) Et, quae praecipue voces inferioris Saxoniae incolis usitatae sunt, *kallen* i. e. loqui, garrere, *kläteren*, *kläterding*, crepitaculum, *käkelen*, unde *käkeler*, garrulus, *kloenen*, unde *kloencke*, mulier loquax, quae magno conatu nihil agit. *Klicken*, *verklicken*, i. e. rem, quae occultanda erat, facere palam, *Klincke*, atque aliis.

§. 29. Cum vero monitum sit primam hujus rei originem a sono gallinarum esse arcescendam, atque illum vulgo per *kr* exprimi, illud non minus fit per *kl*. Docent id Graecorum *κλωγμος*, Latinorum *glocire*, *glocitare*, Anglorum *cluck*, gallina, *kakle*, Gallorum *clouffer*, *glosser*, *glossement*, Belgarum, *klockinge*, Germanorum, *gluckhenne*, à *glucken*, unde fortasse *locken*, allicere, quasi *glocken*.

30. In eo quoque *kl* cum *Kr* convenit, quod utramque significantiam habet alicujus soni, sed & talis, qua alii convocantur. Patet id ex Ebraeorum *קהל* convocavit, unde *קהלה*, *קהל*, & quae vox non notata Buxtorfio occurrit in Megillah c. I. §. 3, *קהל*, i. e. coetus congregatus, synagoga, *ἐκκλησια*, & *מקהלים*, Pl. XXVI: 12. LXVIII: 27. Unde *קהל* dicitur, qui alibi *אנוה*, a congregando, *ἐκκλησιασθης*. *גל* Ebraeis est volvere; *גלגל* circumvolvere. *קולט* est collectus,

congregatus *תִּלְמָד*, asylum, locus, ubi fugi-
tivi congregantur. Inde forsan est *κολπος*,
Gremium, unde phrasis *κολπος ecclesiae*,
ὄχλος, turba, grex, *κλῶθειν*, glomerare, &
Anglorum *clutter* multitudo, & tumultus, &
to clutter aggregari. Latet quoque in Germa-
norum *klumpen*, acervus, *klauen*, v. gr. *klauen*
garen: i. e. glomus filorum &c.

§. 31. Sed ohe! horum jam satis est. Am-
phora coepit institui, & currente rota exit
urceus. Hoc est, notulam volui scribere, &
facta est dissertatio. Nec dubito fore pleros-
que, qui hoc genus scripturae leve, neque
satis dignum persona, quam sustineo, judi-
cent. Sed hierunt fere, qui ad rem expen-
dendam non satis adtulerunt diligentiae. Ut
enim non memorem, quanta lux affundatur
divinis literis, ubi de vera vocum signifi-
catione, quae non melius, quam ex eorum ge-
nuinis originibus discitur, constat, id quod
non uno exemplo à nobis in hac disputati-
one comprobatum est; saltem in eo nos pu-
tamus fecisse operae pretium, quod hoc ex-
emplo ostenderimus, quot variarum lingua-
rum nunc superstitem voces facili negotio ex
Hebraea deriventur, si modo ad veram &
primam praecipuarum literarum radicalium
notionem adtendatur. Atque ex eo sane
non parum illorum opinio nanciscitur praesi-
dii, qui Ebraeorum linguam omnium esse
primam, ac reliquarum matrem censent,
quam

quam quidem sententiam ego nondum satis idoneis argumentis profligatam esse vidi. Neque profecto forte fortuna ejuscemodi vocum ac literarum in tot diversis linguis vicinitas atque harmonia nasci potuit, sed vel nostra haec vox abunde docet, quam plurima variorum populorum verba ad unam linguae Ebraicae originem, tamquam ramos ad suam radicem, rivulosque ad fontem, referenda esse.

§. 32. Accedit, quod Venerandi Muhlii de etymo vocis *Kirche*, quam recensuimus, sententia, non parum inde mutuetur roboris. Sane enim nulla aptior excogitari posset vox, praeter קרא, ad exprimendum omnes res, quae ad illud, quod nos *die Kirche* vocamus, pertinent. Cum enim illius notio sit *vocare, invitare, accersere, congregare* ad modum gallinae, quidni ab ea dicatur *ecclesia*, quae est *πρωθυμῆς τῶν κρωαίων* vocatorum atque invitatorum ad regnum & communionem Christi, suos congregantis, *ὅν τὸ πῶν ἐπι-συναγεῖ ὄρνις πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ὑπὸ τῆς πλερυγῆς*. Actiones, quae in ecclesiis fiunt, sunt variae. Fiunt in iis conciones, quas Hebraice dicas קראות, *κηρυγματα*. Jon. III: 2. coll. Matth. XII: 41. Celebratur in iis laudaturque Deus, קרא autem Ebraeis est *laudavit, celebravit*. In iis fiunt, מקראי קדש; *indictiones sanctae*. Imponuntur in illis baptizandis infantibus nomina, quod pariter Ebraeis est קרא. Pro-

mulgantur ibi divinae leges, eo sensu autem sumitur קרא Zach. VII: 7. Legitur quoque divinum verbum; קרא autem est legit. Unde & Alcoranus Arabibus ab hac radice dici putatur, quasi opus *legendum*. Et Lectio in aede sacra ea voce indicatur Jer. XXXVI. 10. *Primarium opus* cui templa dicata sunt, est invocatio nominis divini & preces, unde alias aedes sacra vocatur בית התפלה, *Domus orationis*. De oratione autem frequentissime usurpatur קרא. Porro in iis tractatur *scriptura sacra*, quae dicitur מקרא Neh. VIII: 8, eodem sensu, ut modo Alcoranum appellatum esse monuimus, sicut & Rabbinum eam vocant קרא, קריא, קראה. Explicantur in illis Prophetarum oracula, de quibus eadem vox usurpatur, 1. Reg. XXII: 13. 2. Chron. XVIII: 12. Neh. VI: 7. Immo observatio omnium eorum, quae ad cultum divinum spectant, phrasi illa significari, קרא vel בשם והוא vulgatum est. Vide Gen. IV: 26. XII: 8. XIII: 4. Psal. LXXX: 10. Zeph. III: 9. Joel. III: 5. coll. Rom. X: 13. De templo olim Hierosolymitano dicebatur, non solum, quod in illo ad Deum populus clamaret, (יקרא), sed & quod nomen eius super illam domum invocaretur (נקרא), 1. Reg. VIII: 43. In ecclesiis nostris congregatur ille populus, super quem nominatur (נקרא) nomen Domini, i. e. populus Dei. De eo enim haec phrasis adhibetur Deut. XXVIII: 18. Sicut ex adverso de iis, qui

qui non erant Dei populus dicitur; אֱלֹהֵינוּ לֹא
 אֱלֹהֵינוּ " שׁוּ; Ec. LXIV: 19. Benique qui in iis
 conveniunt sunt " שׁוּ יְרֵאָה, Invocantes
 nomen Domini sicuti fideles appellantur Ps.
 LXXXVI: 5. CXLV: 18. ἐπικαλεσαμένοι vel
 ἐπικαλούμενοι τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Act. IX: 14. &
 XXII: 16. Sed & sunt קְרוּאִים vel קְרִיאִים vo-
 cati à Domino, sicut ita vocat Deus Israelem
 suum Es. XLVIII: 12. Et qui ibi publico suo
 munere funguntur sacerdotes, vocantur
 קְרִיאִים Ps. XCIX: 6. & κληρῆνες, quod ejus-
 dem est significationis Matth. III: 3. 2. Tim.
 IV: 2. Et cum Arabibus קְרִיאָה quoque, notet
Religioni vel pietati deditus fuit, unde קְרִיאָה re-
 ligiosum, divinoque addictum cultui significat,
 vides, quam belle hinc nomen in loca, qui-
 bus sacris Dei operamur, derivari potuit. Ver-
 bo. Ecclesia nihil aliud notat, quam quod
 קְרִיאָה significat Ex. XII. 16. Lev. XXIII: 2, 4,
 37. Num. X: 2. Et praecipue Es. I: 13. IV: 5.
 ubi *congregationem* non solum sanctam sed &
 loco congregationi sanctae destinata notat.

§. 33. Ex quibus cum pateat, quanta simili-
 tudo & vocis & significationis Germanorum
 Kirche intercedat, cum Ebraeorum קְרִיאָה &
 quae hinc derivatae sunt, vocibus, parum ab-
 est, quin in eorum sententiam pedibuseam,
 qui ab *hac voce illam* esse arcessendam volunt.
 Immo ibo sine mora, quamprimum vel uni-
 cum adductum videro exemplum, quod do-
 ceat, ante introducta in Germaniam Chri-

stianorum Sacra vocem hanc, de qua disputatur, eo sensu venisse, quo nunc quidem venire novimus. Sed manum de tabula.



IX.

Jo. Jac. BREITINGERI, (a)

Epistola ad
Ministros ecclesiae Tigurinae
de rebus in Synodo Dordracena
actis.

Reverendi, Clariss. doctissimi Viri, Patres & fratres plurimum honorandi. Literas meas datas 14. Novemb. vobis redditas esse persuasus sum, observantiam autem meam vobis probare porro, & de Synodi Nationalis progressu certiores reddere, meum esse agnosco. Remonstrantes tamen ad diem 28. Novemb. ad-

(a) Has literas à viro praeclarissimo, & tum quidem temporis ecclesiae Cathedralis Tigurinae Ministro, atque ad Synodum Dordracenam nomine Tigurorum, quorum ecclesiis deinceps Antistes magna cum nominis sui laude praefuit, ablegato scriptas debemus humanitati Viri Rev. nobisque amicissimi H. R. Pauli, in eccl. Brunovic. V. D. M. Sunt autem illae, quarum mentionem facit Cel. J. Jac. Hottingerus in hist. Eccl. Helv. T. III. pag. 1007. T. d. H.

adessent omnes, tamen Synodi mentem & propositum, posthabitis Dn. Ordinum decretis identidem repetitis, & humanissimis Synodalibus precibus, qui ipsos per levamen afflictæ Ecclesiæ, per authoritatem supremæ potestatis, per venerandam hanc congregationem, denique per sacra omnia flagrantissimè obsecrant, ut missis tergiversationibus veniant in rem præsentem, perorando, criminando, protestandoque, morantur; D. Decemb. 3. demùm suam de articulo primo, qui est de prædestinatione, decem aphorismis comprehensam sententiam exhibent. Synodo multum displicuere aphorismi: Erant enim plerique omnes negativi tantum, ut ex iis non quid sentirent, sed quid non sentirent, cognosci potuerit. Ea præterea negant, improbant, & oppugnant, de quibus non controvertitur. Rogantur igitur peramicè, ut sententiam proponant primùm suam, postea verò contrarium quoque liberè rejiciant.

Hic acriter disceptatum fuit de litterarum citatoriarum sensu: Remonstrantes enim citati sunt, ut sententiam suam proponant, explicent & defendant, quantum possunt; & quantum ipsis opus & necessarium esse videbitur. Quare contendunt Remonstrantes vi istorum verborum permitti sibi oportere, explicare & defendere, quæ, qualia, quomodo, quantumque vellent ipsi. Synodus contra nec non Dn. Ordines, verba postre-

ma , quantum possunt , & necessarium ipsis videbitur , non ad sententiæ propositionem & explicationem , sed ad defensionem referenda esse definiunt : siquidem defensionis fructus futurus sit nullus , nisi sententia prius proposita fuerit perfectè & explicatè , ut de ea rectissime constet. Et verò quia articuli quinque illi essentiali quodam nexu cohærent , neque eorum ullus sine cognitione alterius commode examinari dijudicarique potest , Remonstrantes suam sententiam de articulis quatuor reliquis exhibere jubentur prius , quàm ad examen perveniatur. Vix ægrè ab ipsis , nisi interveniente decreto Ordinum impetratum. Ne tamen de præcipitatione conqueri possent , quatrimum integrum concessum fuit.

Lunæ die qui fuit 7. Decemb. imperata utcunque fecerunt. Re deliberata cum sinceritas nulla , verum sophismata , æquivocandi mira libido , cum primis studium nectendi moras , se proderet evidens , nec mens Remonstrantium ex scripto illo exhibito pleno cognosci posset , metus etiam esset , ne ante tempus discederent , necessarium Synodus judicavit , observationes seu considerationes , quas vocant , super confessione & catechesi à Remonstrantibus ante articulorum tractationem exigere. Mira hic fuit hominum varicies , qua in partem se flectebant omnem , ne hoc tenerentur præstare. Verum post ratio-

tiones in medium allatas à Præsìde numero plurimas, & gravissimas pondere, tandem solenni DD. Ordinum decreto parere jussi sunt, concessò rursus ad cogitandum, licet aliquot jam annos istas paratas haberent, deque iis essent gloriati passim, quatrìduo integro.

Exhibent igitur 11. Decemb. considerationes suas in Confessionem tantum, numero ad 126. reliquas in catechismum denuo detrectant, quos impetrare ab ipsis non potuit Synodus ante 17. Decembris. Quæ isti in catechesi desiderent omnia, nondum mihi videre licuit, esse tamen audio numero longè quàm in Confessionem plures, plerasque levioris momenti. In phrasès enim, capitum titulos & methodum tantum animadvertere videri volunt, nec dogma in dubium vocare ullum. Quia autem pleraque frivola, neque ejus fuere generis, quæ ab ipsis expectabantur, aut qualia ipsi ante hoc tempus jactabant, rogati sunt coram facie Dei ex conscientia sua confessionem ingenua, num præter hæc quæ exhibuissent in confessione & catechesi quidquàm desiderent aliud, sanctè affirmant omnes & singuli, se aliud habere nihil. Excipit hæc contentio nova. Ad examen articuli primi dum ventum esset, Remonstrantes ad interrogata respondere detrectant, pædagogicum examen hoc esse caussati, propterea non ab electione sed à reprobatione ordiri volebant, nec rationes pro methodo contraria admittere ullas.

Ex-

Excidunt primipilaribus illorum & antesignanis voces istæ: Nos sententiam nostræ contrariam exagitabimus, quantum possumus. In hoc agendi modo consistit omne causæ nostræ præsidium. Non agemus ex arbitrio Synodi, sed ex arbitrio nostro: Nisi nobis liceat eam agendi rationem sequi, quæ nostris conscientis justa & æqua videbitur, Malumus potius pati quidvis, discedere à ministerio, & vivere privati. Horum igitur tergiversationibus, exceptionibus, protestationibus & imposturis pereunt nobis dies boni complures.

Sessio matutina diei 18. præter ordinarias frequentes, prolixas, tædiosas alias plurimas, ultra horam pomeridianam secundam: vespertina ejusdem diei, ultra horam octavam; Sessio diei sequentis matutina aliquid ultra pomeridianam tertiam; Vespertina ultra mediam undecimam protracta fuit.

Audiunt Remonstrantes Theologorum exterorum crebro exhortationes, obsecrationes, supplicationes, quæ vel adamantina pectora emollire queant, verum nequicquam omnia.

Præses, Vir eruditione, moderatione, & sanctimonia vel hosti venerabilis, elatis in cælos palmis, nec siccis oculis pridie implorat opem Domini nostri JESU Christi, ut Ecclesiam suam miseratus, homines istos vel corrigat, vel inhibeat conatus immanes.

Cum

Cum Synodus ad tantam pertinaciam Remonstrantium (ceteroquin virorum doctissimorum) stuperet, Dominis Ordinibus placuit, ut ex suo numero tres, ex Synodalibus duo profecti Hagam DD. Ordines generales de re omni edocerent, atque etiam inde consilium, quid deinceps cum ipsis agendum afferrent. Horum reditum Synodus nunc præstolatur.

Ne tamen ex citatorum Remonstrantium numero quisquam interea ab urbe discedat, edicto D. Ordinum severe prohibitum, ipsisq; solenniter significatum est. Judicant prudentiores plerique omnes à Remonstrantibus captari discedendi prætextus, ne hæreses suas quas quidam eorum fovent, horrendas & execrabiles, hoc rerum statu profiteri cogantur. Neq; ob aliam causam ipsos urgere tantopere, ut quàm primùm ad doctrinam Reprobationis deveniatur, quàm quòd sibi persuadent se coram illustri hoc auditorio orthodoxam doctrinam in invidiam adducere commodissime posse. Nihil enim ipsis frequentius in ore, quàm sibi dolere ex animo scandali plenam, ab omni ratione alienam, pietati noxiam, gloriæ Dei inimicam, impiam & abominandam quorundam Reformatorum doctorum, quos Contraremonstrantes pro Orthodoxis habeant, de Reprobatione doctrinam. Verum ex ipsis

ipsis ipsorum fautoribus pertinaciam nimiam & fraudes speciosas sentiunt non pauci, qui mentem ab hac agendi ratione alienam celare non possunt, adeo ut spes optati successus magna pios omnes soletur. Sumpto vero à Barnefeldio aliisque immanis perfidiae reis supplicio, quod imminet, expeditum iri complura sperantur. Dordraci Batavorum 22. Decemb. 1618.

V. R. Studiosissimus

JOH. JAC. BREITTINGERUS,
Eccl. Tig. Minister.

BIBLI.